
Aus dem Orthischen
Büchervorrate.
B.P. Orth del.
J.M. Eben sc.

1859



Thomas South.

FASCICULUS

GEOMANTICUS,

IN QUO

VARIA

VARIORUM

OPERA

GEOMANTICA

CONTINENTUR.

OPUS MAXIME CURIOSUM,

& à multis hactenus desideratum.

EDITIO SECUNDA,

auctior & correctior.

VERONÆ.

Anno MDCCIV.

Roberti Fludi Discursus de Animæ Intellectualis Scientia.

- - - - Tractatus de Geomantia.

- - - - de Geomantia Morborum.

H. de Pisis Opus Geomantiæ Completum.

Alfakini Quæstiones Geomantiæ.

Liber de Tribus Ultimis.

B. L.

Ad hanc secundam Editionem multa præfari non libet, nam vino vendibili non opus est hedera, nec bono libro longa semper præfatione. Sicut enim non omnibus datum est ire Corinthum, ita nec omnes carpere possunt utiles & dulces hujus scientiæ fructus; Rationem reddent proximè sequentia Prolegomena.

ROBERTI FLUD,

alias de FLUCTIBUS, Armigeri & in Medicina Doctoris Oxoniensis,

DE

Animæ intellectualis scientia seu GEOMANTIA Hominibus appropriata, quorum radii intellectuales extrinsecus, hoc est, circa negotia mundana versantes, & è centro dissipati in centrum recolliguntur.

PROLEGOMENA.

§. 1.

Scientia Geomantica est verus animæ intellectualis actus.

ANtequam de Geomantiæ proprietate & de oriente ex ea divinatione (de quibus in singulari libro) verba faciamus, hîc de ejus Essentia non inconvenienter agi posse existimamus, & sane, ipsam esse veram animæ humanæ scientiam, rationibus satis probabilibus apertè demonstrabimus: nam si hujus scientiæ

 origenem

originem consideravimus, utique percipiemus, ipsam esse scientiam valdè occultam & internam: Unde fit, ut homines vulgares & sensuum vestigiis solummodò insistentes blaterare soleant, hanc artem esse duntaxat accidentalem, stultam & inanem, nec quicquam virtutis in se habere; & quidem mirum id non erit sedulò & diligenter rem considerantibus, si sensibiles, imò verò imaginatione forti præditi homines hujus scientiæ arcanæ rationem capere, & oculis spiritualibus conspicere aut percipere nequeant, cùm etiam vulgaris rationis limitis transeat ejus consideratio. Nam si conemur in hac scientia rationem reddere effectus, arduum profectò & difficile erit id opus, & tædiosus atque ærumnosus labor; Cujus quidem rei ratio est in promptu. Etenim quis, & vel inter plebejos etiam, non haberet illum pro stulto & vano, qui servum domini sui mandata exequentem, vellet de secreto domini consilio & intentione percontari, eaque ex servo illo cognoscere & explorare, siquidem ille protinus ita responderet; Rex vel Dominus meus solet hoc vel illud mandare; ita tamen, ut non itidem quoque rationem mandati suis executoribus seu ministris & servis aperiat & indicet. Sic affectum vitæ accipimus modo mirabili à superioribus, dum tamen de ejus fonte, vehiculo & ratione solent solummodò homines ab effectu per conjecturas ratiocinari, nihil verò certi scire aut habere: Sic etiam mens divina mirabiles in homine producit effectus & mirabiliter agit, dum tamen harum actionum rationem rectè cognoscere prohibet carnis atque tenebrarum obstaculum: Agit ergo mens intellectum, & intellectus implet patienter actus sui regis, ac tamen delitescit causa principalis

in men-

in mentis centro, hoc eſt, in verbo divino. Sic Dominus tradit pecunias ſervo ſuo, ut curet eas ad talem civitatem transportari : nec tamen intelligit ſervus, quid Dominus ſuus intendat tali pecunia facere, quoniam id latet in animo Domini: Tunc intellectus & ratio impellit imaginationem, ut ferat atque portet impreſſiones ſui Regis, nempe mentis. Sic ſervus ponit pecunias domini ſui in currum ſive plauſtrum, ut illud vehiculi loco inſerviat. Denique imaginatio hanc mentis voluntatem ſenſibus commendat, ut ipſi trahant ejus onera in mundum viſibilem; Atque ſic etiam equi ſolent trahere currum vel plauſtrum in civitatem deſtinatam: Interim tamen ratio aut imaginatio aut ſenſus, non magis intelligit intentionem mentis, quàm ſervus aut plauſtrum aut equi percipiunt ſecretam & occultam Domini ſui voluntatem. Attamen meliùs poteſt ratio humana conjecturare, quàm imaginatio aut ſenſus; quemadmodum etiam ſervo quodammodò licet imaginari & conjectura aſſequi conceptionem domini ſui, licet nihil certi habeat. Ex his igitur evidens eſt, quòd ſicuti Deum cognoſcere non poſſumus, niſi à poſteriori, ita quoque non licet mentem aut ejus actus rationem percipere aut intelligere, niſi ab effectu. Cæterùm ab effectu exploraverunt Artiſtæ ſcientiam illam eſſe veram & admirabilem, quatenus per eam, circa res futuras ac præſentes etiam & præteritas incognitas, admiranda divino more peregerunt. Exitus igitur ſolet rei perfectionem arguere. At verò ſi curioſius perquirendo ſtulti velint ad hujus actus centrum, hoc eſt, ad unitatem & ipſius mentis punctum penetrare, operam equidem & oleum perdent: quoniam ultra rationis & intellectus

gradum existit, ad quem nemo unquam, nisi corporale exuat habitaculum pertingere potest: sufficit igitur, ut Monachum per habitum, & rem per suum effectum cognoscamus: Sic itaque divina est hæc scientia, quoniam divinare facit, Prophetiæ proxima, quoniam per eam mens, propria sua virtute præstat illud, licet debiliter, quod alias præstare solet (sed magis potenter & apertè propter multitudinem radiorum superiorum simul unitorum) unita & conjuncta cum mente divina: Et proinde, debito modo consideratis illis, videmus quòd mens humana sit de eadem essentia, cujus est mens divina, siquidem idem præstare solet in virtute minori, quod illa præstat in majori: Nam major vis majorem producit effectum, & per consequens etiam minor minorem. Mens ergo in homine per se sine radiorum divinorum additione, si modò præservetur à corporis & carnis nocumentis, & tenebris non obfuscetur, aut sensuum illecebris non afficiatur, potest vim suam propheticam in effectum sensibilem effundere, atque mirabilia præstare, cujus quidem effectus rationem non magis possibile est reddere, quàm possibile est ipsius Prophetiæ rationem agnoscere.

§. 2.

Cur Geomantia habeatur apud ignaros pro scientia absurda & ridicula.

SOlent ignorantes hanc animæ scientiam ideò absurdam & ridiculam æstimare, quoniam ex punctis ut plurimum, adventitio manus motu factis, eam effluere & provenire putant, adeoque per consequens

quens nihil perfectionis, nihilque certi ex ea promanare dicunt: Sed possent etiam sapientes & docti, ac periti illis eodem modo respondere, nihil certi, aut constantis resolutionis esse in hominis mente, hanc vel illam rem exequi, aut hunc vel illum locum tali die petere constituente, & tamen quod hominis mens ita secum constituit, illud sine impedimento perficit homo. Tali itaque ratione etiam, licet motus manus, certo suo numero & proportione dispositioni mentis correspondentia puncta constituens, nihil in prima punctorum projectione agere videatur, multa tamen sub punctorum copia delitescunt occulta: videlicet ipsa animæ prædictio, vehiculis Macrocosmi æthereis & elementaribus vecta, quatenus scilicet duodecim signa, septem planetæ & quatuor elementa, ac eorum virtutes sub talibus punctis absconduntur: Namq; ut mens & intellectus in hominem descendere non potuit, absque prædictis Macrocosmi vehiculis, sic etiam nihil reale & essentiale procedit à mente, tanquam origine, nisi illud transeat per hæc media. Non est ergo accidentalis hic motus, quatenus ab anima humana procedit, quæ est cõpleta hominis essentia, & essentialiter ac per se agit, nisi impediatur accidentibus carnis & sensuum. Sic etiam dicimus naturam mineralem plumbi & ferri tendere in sua essentia ad naturam auri; sed accidentibus, hoc est, sulphure impuro impeditur, ita ut ad metam naturæ præpositam pertingere non possit. Atqui replicabunt imperiti, talia impedimenta semper accidere corpori, propter carnis immunditiem & tenebrarum errorem. Hoc ergo iis concedimus, quòd, quò magis radii mentis per inquinamenta corporis in suo motu impediuntur, eò magis debili-

 tetur

tetur ejus actionis effectus: quemadmodum videmus, quòd interposita nube inter oculum nostrum & radios solares, radii isti ad visum nostrum penetrare non possunt, unde & eorum effectus manifesti tolluntur. Sic etiam propter corporis & carnis fortitudinem in natura tenebrarum, imaginatio nubibus materiæ fictis ita impletur, ut radii mentis, quoad corpus, impediantur: Unde fit, ut ad sensus, prout sunt, transire non possint. Quamobrem necesse erit, ut corpus pro posse rectificetur, abstinentia quolibet modo accepta subtilitetur ac temperetur, & ut carnis superbia dejiciatur, animæque medii radii passim distracti ad centrum contrahantur, adeoque universus homo tàm externus quam internus ad simplicitatis naturam se convertat, & compositionem ac multitudinem negligat, atque odio habeat. Ita demum ille ad opera non accidentalia, sed essentialia producenda, virtute actus ipsius mentis humanæ optime præparabitur.

§. 3.

Quomodo Homo Geomanticus se disponere & præparare debeat, ut mentis ejus intentiones clare emittantur, & cum sensibus mediante ratione uniantur.

QUoniam beneficio sensus puncta Geomantica videntur & porro eadem in cœlestibus ac elementis comparantur virtute phantasiæ, atque demum ipsa vis occulta, tum horum punctorum, tum etiā ortarum ex illis figurarum procedit à validitate intellectus tam agentis, quam patientis, & per consequens

ſequens à mente, tanquam à termino à quo; ſequitur exinde corpus humanum ita regulandum & gubernandum eſſe, ne ejus pars magis intellectualis nimio carnis commercio demergatur, ſive aſſopiatur, & ne ſpiritus imaginativus aut phantaſticus reddatur hebes ac impolitus. Sit ergo ſpiritus phantaſticus antequam ad hoc opus accedatur, mundus, purus, inconcuſſus, & curis minimè perturbatus, ut dignus efficiatur, cui mens atque intellectus præſideat & innoteſcat. Nam talis ſpiritus vaticinio aptiſſimus lumen radiorum mentis absque omni impedimento recipiet, veritatisque objecta myſtico modo, tanquam in ſpeculo depinget, facietque ſenſum & motum corporis exactè & ad amuſſim eò pergere, quò tendit ipſius mentis effectus. Cùm igitur jam ſumus corpore incolumes & ſani, nec animo perturbati, non gravati cibis aut poculis, non laborantes inopia aut paupertate, nulliſque libidinis aut iracundiæ vitiis offenſi, in hanc vaticinii aream ingrediamur. Spiritum quoque ſuum ille, qui hac arte uti vult, purum conſervet, tum meditatione tranquilla & religioſa, tùm per victum moderatum & ſecundum naturam temperatum: Hac enim præparatione opus eſt ei, qui de rebus futuris vera præſagire vel per artem Geomanticam, vel qua alia ratione cupit, utpote ſine qua nemo verus vates evadere poteſt: Nam qui ſpiritu phantaſtico languet, optatum finem non aſſequetur, ſed confusè & indiſcretè judicabit: ſic etiam quando crapula vinoque repleti ſumus, ſpritus noſter imaginativus noxiis vaporibus quaſi ſubmerſus, abſcondit & depravat gloriam ac veritatem radiorum mentis, non aliter quam nubes ſpiſſa aut terra in aëris regionem mediam elevata avertit gloriam Solis

 ab

ab oculis intuentis, & radiorum ejus refractionem gignit seu inducit. Unde falsa pro veris occurrent, & ipsa nubis portio Soli objecta in iridem seu substantiam multicolorem mutata videbitur, multaque in aëre phantasmata apparebunt, quæ talia, qualia apparent, non sunt. Hinc fertur, quod *Amphiaraus* Vates, ut testatur *Philostratus*, jusserit Vatem, de rebus futuris divinare, atque oracula Dei vel mentis recipere volentem, abstinere à cibo & vino per integrum diem, imò vero etiam per triduum, siquidem convenienter id fieri possit. Sed legimus, quod *Esdras* & *Daniel*, imò etiam ipse *Moises*, antequam ad Deum accesserunt, triduo abstinuerint ab uxoribus & vestimenta sua laverint: adeoque fecerunt id omne, ex mandato ipsius Dei, de quo legitur *Exod.* 19. & *Ezech.* 44. Atque ita etiam oportet eum, qui in hac divinandi specie fideliter versari desiderat, non coitu carnali, sed spirituali copulatione oblectari; non vino, sed illustrante mentis latice inebriari; non divitiis mundanis, sed infinita intellectus divini affluentia exuberare; non crapula, sed cibo spirituali impleri. *In vetere quodam manuscripto Gallico de Geomantiæ arcanis* inveni superiorum confirmationem in hæc verba sequentia: *Priusquam ad punctorum Geomanticorum projectionem perveniatis, intelligere vos velim, ea in projectione non esse numeranda. Etenim si id feceritis, nihil boni aut proficui inde provenit, quippe quòd hæc est scientia super animam fundata, & proinde sit punctorum numerus in voluntate animæ, ac nequaquam instituatur secundum sensuum tuorum appetitum. Sic itaque convenit ei, qui hoc opus aggreditur, ut nihil incipiat, nisi cor ejus bene disponatur, & conscientia integra ac sana fruatur,*

neque

neque etiam ſit ejus ſpiritus vel anima ullis perturbationibus vexata, adeoque etiam, ne optet quidem deteriora alteri, quam ſibi: Atque tandem hoc modo præparatus in Deo ſcientiarum magiſtro confidat, precibusq; eum ſollicitet, ut virtute iſtius ſcientiæ veritatem ſibi aperiat; His igitur ſedulo peractis, immediatè ad punctorum projectionem & diſpoſitionem procedendum erit, &c. Hæc ille; in quibus ab opinione noſtra nullo modo diſſentire, ſed potius è converſo exactè cum ea convenire videtur.

§. 4.

Quòd non ſufficiat ad divinationem in Geomantia, ut corpus & caro bene ordinetur, ſed quòd etiam præterea neceſſe ſit, ut radii animæ internæ circa multitudinem verſantes in ſe colligantur.

UTI vis unita fortitudinem ſolet inducere, ita quoque ea diſperſa parit ingentem debilitatem. Sic videmus, candelæ radios ſive flammam in arcta camera miris modis locum illuminare, quoniam loci anguſtia comprimit & contrahit ad invicem radios à flamma emiſſos, ita ut majorem in illuminatione virtutem habeant; Acqui, ſi candela illa in locum amplum & ſpatioſum collocetur, admodum debilitatur & obſcuratur ejus lumen, propter radiorum ejus in lato medio diſſipationem. Ita quoque ſcrubulum unum croci percipimus, intenſo modo tingere integram libram aquæ; At verò, ſi centum libris aquæ indatur vel immittatur idem pondus, pallida erit illa tinctura, nec multùm perceptibilis. Pari

itaque

itaque ratione etiam anima vitæ humanæ lampas (cujus candelabrum eſt corpus humanum) ſi radios ſuos in hoc vel illo negotio, imò vero in infinitis rebus exterioribus diffundat, verbi gratia, in litibus & negotiis forenſibus, in arte medica, in cura rei familiaris, in dolore & triſtitia ob rem amiſſam vel amici mortem, in iracundia aut adverſitate quadam inopinata, in aliqua arte aut ſcientia & hujusmodi aliis, aut ſi etiam concupiſcentiæ commercio, ebrietatis vitio, gulæ indulgentia, aut aliis carnis illecebris afficiatur, debilis admodum erit parvaque ejus vis & poteſtas in corporis illuminatione. At verò, ſi omnes iſti animæ radii ab externis negotiis ad internam Microcoſmi œconomiam reducantur, & ad ſuum centrum à multitudine retrahantur, unita erit vis animæ, eaque ratione mirum in modum illuminabitur corpus illud, quod antea propter radiorum defectum fuit obſcurum & tenebroſum, atque ita vis prophetica in homine longè erit efficacior, quàm fuit antea, adeoque totum quaſi hominem internum in ſublime corporis non aliter elevabit & cum mente conjunget, quam ignis artificialis fuſi corpus in altum elevare & evehere ſolet. Attamen hæc expanſorum animæ radiorum in unum reductio fieri non poteſt absque corporis mundificatione, quæ fit modo ſuperius allegato. Quare neceſſe eſt ante omnia illi, qui veri in Geomantica vatis nomen ſibi vendicare appetit, ut anima ejus radios ſuos paſſim expanſos & diſperſos iterum in ſe convertat & reflectat; quoniam virtus iſtius ſcientiæ præcipua conſiſtit in animæ illuminatione, quatenus res veræ in divino ejus lumine, tanquam in veritatis ſpeculo conſpiciuntur, conſpectæque myſtico quodam modo per

animæ

animæ ad hoc attentæ gubernationem externo intuitu punctis explicantur.

§. 5.

Quod veri Geomantici actus sit quasi mentis motio in ecstasi, seu potiùs quædam raptus species, in qua fit vaticinium.

UTi raptus in genere dicitur abstractio, alienatio, & illustratio mentis humanæ, à Deo immediatè procedens, qua Prophetia expeditur: sic etiam quædam raptus & ecstasis species ad divinationem per Geomantiam requiritur, quæ non dicitur mentis illuminatio immediate à Deo prosiliens, sed potiùs expansorum ejus radiorum recollectio, & in locum angustiorem, videlicet in ipsius corporis humani & proprii domicilii sedem congregatio, ut per eos ipsa anima divinatrix simplicem veritatem luculentius discernat: Unde ecstasis in hac scientia inprimis requiritur, hoc est, abstractio radiorum mentis ab omnibus rebus sive negotiis exterioribus, ita ut in se contrahantur: Nam ut in raptu magno, mentis & animæ radii, sursum ad divinam Dei essentiam, sive in mentis mundi regionem attolluntur; sic etiam in hoc raptu minori animæ humanæ radii forinsecus emissi, & passim dispersi ad centrum suum revocantur, & in mentem reflectuntur; atque ita homo, qui antea propter propriæ lucis suæ diffusionem erat obscurus, jam illuminatur atque gloriosus fit per radiorum expansorum aggregationem. Sic ex virorum doctorum sententia colligimus, quod tertiâ crea-

tionis

tionis die, lucis creatæ radii paſſim & æqualiter per cœlum diſſipati, obſcuro modo colluſtrarint univerſa, ac ſi tenebræ cum lumine, vel nox cum die æqualiter commiſceretur: ſed ubi die quartâ, omnis illa lux ubique diſperſa, in corporis ſolaris centrum magneticâ quâdam proprietate fuit collecta, ibi productum eſt glorioſum illud, & digniſſimum luminis ſpecimen, in quo Deus ipſe tabernaculum ſuum poſuiſſe dicitur: Videmus etiam in fortificatione ſeu loco munito, verbi gratia, mille militibus inſtructo, ſi horum militum pars major, aut victus parandi cauſa aut alio quodam conamine exeat, & ultro citroque diſcurrat, quòd tum munimentum illud debile reddatur, adeoque etiam reſiduus militum in eo manentium numerus formidoloſus fiat, & animum habeat minùs præſentem aut confidentem. At vero ſi illi, qui egreſſi fuerunt, redeant ſani & incolumes, tum illi, qui in propugnaculo fuerant relicti, recipiunt priſtinam ſuam confidentiam & ſpem ſuam priorem, omnique formidine ſepoſita, invaſiones hoſtium nullatenus metuunt, quoniam locus ille viris bellicoſis jam optimè eſt inſtructus: Hic igitur eodem modo ſeſe res habet, cum lucidis animæ humanæ radiis: Nam propugnaculum ſive locus munitus eſt corpus humanum, radii autem mentis & animæ mediæ aſſimilantur militibus, quorum illos, qui è corpore emittuntur, ut verſentur circa negotia aliena, comparare poſſumus militibus extra munimentum huc atque illud diſcurrentibus: quorum quidem abſentiâ corpus redditur minus confidens, & magis triſte & timidum ac imbecille ad rem aliquam nobilem & lucidam expediendam; inter quas divinatio & vaticinium eſt optima & ſuprema.

Dicimus

Dicimus igitur, quod hujusmodi radiorum recollectio sit internæ hominis naturæ à multitudine ad simplicitatem reductio: Unde fit, ut istiusmodi anima ab externis meditationibus revocata, & in se reflexa ac recollecta, reddat hominem, quasi raptum & in ecstasi manentem, quoniam de se & in se cogitat, sibi tantummodo adest alienorum oblitus, ita ut videatur mundanis non constare sibimetipsi, cùm tamen revera sibi tum magis, quàm unquam antea constet: Nam qui mundana negligit, hunc magis se curare certum est, & qui se à multitudine in seipsum reducit, ille maxime sibi adesse videtur, siquidem inter eum & Deum non erit magnum distantiæ interstitium. Ad talem igitur habitum seu dispositionem se redigere oportet eum, qui verum vaticinii donum sibi comparare studet: Nam exteriora cogitantes avertunt animæ vires à veritatis judicio, ita ut magna sit Geomantici incertitudo in ejus judicio, imò tanta quidem in eo erit varietas, quanta est animæ à sua unitate variatio. Etenim in rerum multitudine delitescunt præstigiæ, vanitates, & mendacia; in unitate verò & simplicitate perfectio, identitas & unitas: Rapiat igitur anima à Macrocosmo quod suum est, à Creatore sibi in sua creatione datum, illudque in suum Microcosmum externum imprimat, cùm ipsa sit Microcosmus internus, nec sinat alium eo, quod suum est, frui: virtute, inquam, suæ excellentiæ rapiatur è mundo, & sibiipsi reddita ac recollecta in ecstasi hæreat, ut in suo speculo seu spiritu politissimo res non modò mundanas, sed etiam divinas speculetur: Nam quo magis sibi constabit, eò efficaciores erunt ejus visiones & motiones ad veritatis vaticinationem.

§. 6.

§. 6.

De occulta & abstrusa Geomantiæ proprietate, & quomodo anima seu mens transeat in ejus operatione per universam Macrocosmi naturam.

NEc certè est, ut ignorantes punctorum in Geomantia seriem pro meris lineis, & fluxu punctorum constitutis habeant, cùm sub istis characteribus, oculo & sensibus objectis, multa tam spiritualia quam materialia dilitescant: Imò verò hæ linearum series non minus universi mundi ideam comprehendunt, quàm ipsum corpus humanum. Nam licet in homine corpus ejus solummodo extrinsecus conspiciatur, oculis tamen spiritualibus spiritum ejus & animam ac mentem interius contemplamur; Nimirum in corpore cernimus elementa invisibiliter in compositione mixta; in spiritu & anima media naturam æthercam speculamur, in intellectu & mente naturam empyream observamus: Sic etiam in qualibet serie Geomantiæ, quatuor quasi punctorum lineis constante, sese res habet: Etenim elementa quatuor in primo ordine delitescere percipimus, videlicet elementum ignis sub primo ordine quadruplici, aëris sub secundo, aquæ sub tertio, & terræ sub quarto. Porrò etiam in secundo ordine, hoc est, in figuris à seriebus illis punctorum productis, septem planetæ & duodecim signa cœlestia comprehenduntur, oculis solummodo spiritus percipienda: Sic figura *Carcer* attribuitur Saturno directo, & *Tristitia* retrogtado: Figura *Lætitia* signi-

ſignificat Jovem directum, *Acquiſitio* retrogradum: *Rubeus* denotat Martem directum, & *Puella* retrogradum: *Major* Solem reſpicit in quadam directione & *Minor* in retrogreſſione; licet Aſtrologi negent Solis retrogreſſionem, ob ejus epicycli defectum: *Puer* datur Veneri directæ, *Amiſſio* retrogradæ; *Albus* attribuitur Mercurio directo, *Conjunctio* retrogrado; Luna directa *Populum* reſpicit, retrograda *Viam*: *Caput Draconis* exprimit figura eodem illo nomine inſignita, & *Caudam* itidem *Draconis* repræſentat figura ei cognominis. Sic etiam figuræ illæ continent in ſe naturas duodecim ſignorum: Nam *Acquiſitio* Arietem modo abſtruſo reſpicit & amplectitur: *Lætitia* & *Minor* Taurum; *Rubeus* & *Puer* Geminos; *Albus* & *Populus* Cancrum; *Via* Leonem: *Caput* & *Conjunctio* Virginem; *Puella* Libram; *Triſtitia* & *Amiſſio* Scorpionem: *Caput* Sagittarium: *Cauda* Capricornum: *Major* Aquarium; *Carcer* Piſces. Porrò etiam *Rubeus*, *Minor*, *Amiſſio* & *Cauda*, denotant elementum ignis, & plagam mundi Meridionalem: *Lætitia*, *Acquiſitio*, *Puella* & *Conjunctio*, Aërem & partem mundi orientalem: *Populus*, *Via*, *Puer* & *Albus*, Aquam & ſeptentrionalem mundi angulum; *Major*, *Caput*, *Carcer* & *Triſtitia*, Terram ac partem mundi occidentalem. Adhuc etiam profundiùs verſus centrum latet cœli empyrei ſpiritus, qui eſt futurorum & præſentium revelator, videlicet rationalis ſive intellectualis harum figurarum & rerum mundanarum in iis contentarum, collectio. Ex quibus apparet, quàm purè & ſincerè præſervandus ſit ſpiritus intellectualis à carnis & crapulæ incommodis ac nocumentis, cùm ab eo primùm di-

 manet

manet motus ad puncta Geomantica producenda, rapiens secum modo occulto naturas signorum cœlestium, Planetarum & elementorum, ac abscondens tandem illa omnia sub numero & proportione punctorum, veluti thesaurum quendam in cista. Si igitur cistam illam velimus aperire, ut ad elementa primùm, deinde ad Planetas & signa cœlestia, & tandem ad terminum, à quo motus hic originaliter profluebat, penetremus, in sacrario mentis ejus voluntatem, in myrothecio intellectus voluntatis rationem, in signorum & Planetarum seu ætheris armario mentis actum sive executionem, & in elementorum promptuario mētis voluntatis, rationis & actus effectum, (quæ omnia sub figuris, tanquam in cista comprehenduntur & occultantur) inveniemus. Ex prædictis ergo evidenter liquet, quòd, sicuti prophetia afflatorum, est unio mentis divinæ cum mente humana (unde plenissima & maxima est hæc vaticinii species) sic etiam prophetia non afflatorum accidit nonnunquam, quando anima cum suis radiis ad se à multitudine retractis unitur cum suo vertice, videlicet cum mente humana; quæ procul dubio, si cum anima jungatur & colligetur, ingentia per se præstare, & ad culmen exitumque felicem perducere potest.

ROBERTI

ROBERTI FLUD
TRACTATUS
DE
GEOMANTIA
IN
QUATUOR LIBROS
DIVISUS.

CONTENTA HUJUS TRACTATUS De GEOMANTIA.

LIBER PRIMUS

De

COMPOSITIONE GEOMANTICA.

CAP. I.

De principio interno Aſtrologiæ terreſtris ſeu Geomantiæ.

ANNO vitæ & regni ELISABETHÆ, glorioſæ ac famâ nunquam morituræ Reginæ Angliæ, penultimo, propter hyemis rigorem, montes *Bernhardinos* nivis multitudine contegentem, iterque in Italiam omnino præcludentem in civitate Avenionenſi per totum illud hyemale tempus commorari coactus fui, ubi in domo cujusdam Capitanei, cum multis aliis juvenibus genoroſis ac probè eruditis & ab ipſis Jeſuitis inſtructis pro penſione receptus, veſpere quodam inter pocula cœnæ cum illis Philoſophicè diſcurri, variasque percepi in mentibus illorum de Aſtrologia Geomantica opiniones, utpotè cùm nonnulli ex illis virtutem ejus prorſus negarent, alii autem, à quorum partibus ego ſteti, vires illius artis ſtrenuè defenderent. Rationes autem multas adduxi, quibus me in illa ſcientia ſatis verſatum comprobavi. Finitâ igitur

cœnâ, ut primùm contulissem me in cubiculum meum, quidam ex numero ipsorum incontinenti me in mansionem istam meam secutus est, petiitque à me, ut artem meam, quam asserebat se videre magnam esse, pro amore nostro tentarem in dubio aliquo haud exiguo, ante cujus resolutionem dicebat, se valdè animo angi: Post factas à me excusationes multas, tandem tamen vicerunt me preces ejus. Figuram itaque Geomanticam subitò pro quæstione ab eo proposita projeci, quæ erat hujusmodi; *An puella, cujus amore vehementer captus erat, ipsum præ cæteris ex animo & corporis penetralibus redamaret?* Projectâ autem figurâ affirmavi, me posse satis benè tum naturam tum corporis dispositionem amatæ ejus describere, & posteaquam probè corpus seu staturam ac formam puellæ descripsissem, signum particulare seu maculam quandam, verrucam nempe satis notabilem in corpore illius, adeoque etiam locum ejus connotavi, indicans ipsam in palpebra sinistra habere istud ipsum verrucæ genus. Id sanè quod ipse quoque confitebatur. Dixi etiam ipsam delectari admodum vineis. Atque hoc ipsum quoque ille veluti lætabundus fatebatur, adjiciens ipsam esse in causa, quod mater illius domum suam inter ipsas vineas construxisset. Respondi denique ad propositum quæstionis hoc modo: *Amatam ejus ipsi inconstantem & nullatenus fixam, adeoque etiam magis alium quàm ipsum amare.* Ad quod ille, se idem quoque valdè semper suspicatum esse & veluti oculis apertis videre dicebat. Discessit igitur cursu concitato è cubiculo meo, ac sociis suis cum admiratione quadam retulit artis meæ veritatem ac virtutem. Sed nonnulli eorum, qui satis bene hanc puellam

cogno-

cognoſcebant, ſignum in palpebra ejus deſcriptum prorſus abnegabant, quousque poſtera die cum ea colloquentes, in hujus rei veritatem, quam ipſis Geomantica arte expoſueram, & quam ne ipſi quidem antea obſervaverant, ipſi quoque teſtes accederent. Hinc igitur, ùltera quàm ego id deſiderabam, publicus fiebam, ita ut fama hujus rei etiam ad ipſorum Jeſuitarum aures perferretur: Quorum ex numero duo ad palatium clanculum deproperantes *Vicelegato* hæc omnia narraverunt, dixeruntque invidiâ ſtimulati, peregrinum quendam adeſſe, natione Anglum, qui ſcientiâ ab Eccleſia Catholica reprobatâ, Geomanticâ nempe, futura prædixiſſet: Hæc poſterâ die mihi manè à Capitaneo Palatii, *Johanne* dicto, referebantur, is etiam, qui *Vicelegati* reſponſum ad hæc ipſa datum mihi aperuit, quod tale fuiſſe affirmabat. *Quid*, inquit ille? *non eſt hoc tantum flagitium, quantum vos illud facere annitimini; num quis enim eſt inter omnes Italiæ Cardinales, qui nativitatem ſuam modo Aſtrologico aut Geomantico deſcriptam non habeat?* Paucis verò diebus poſt mecum cupiebat ipſe *Vicelegatus* colloqui & ſuaviter me ad prandium ſuum invitabat: Cum amico quodam meo chariſſimo Domino *Malceau* Papali Apothecario palatium petii; Ubi, debitâ more conſueto reverentiâ factâ, *Vicelegatus* mecum dialogicè hoc modo agebat: *Intelligo*, inquit ille, *te benè verſatum eſſe in arte Geomantica, quænam eſt tua animi ſententia de illa ſcientia?* Cui reſpondi, *me experientia comprobaſſe, illam ſcientiam eſſe eſſentificam & fundamentis occultis ſtabilitam. Quomodo eſt hoc poſsibile*, inquit ille, *ut aliqua certitudo ſit in ea, quæ conſiſtit ex punctis accidentalibus?*

Dixi ego; *Principium & exordium horum punctorum manu humana factorum esse internum & valdè essentiale, cùm ab ipsa anima tanquam ab orgine sua hujusmodi motus derivetur, addidique errores istius scientiæ non ab ipsa anima, sed à prava & incongrua ipsius corporis mutatione contra animæ intentionem movente causari; atque inde regulam in hac arte generalem esse, ut pacifica sit anima, & ut corpus ei obediat, similiterque etiam, nec corporis nec animæ aliqua perturbatio aut partialitas ulla in quæstione habeatur, sed ut sit veluti judex justus & æquus, Deumque respiciat ex corde orando, ut veritas aperiatur; ac pariter quoque, ut strenuè Artista de quæstione proposita cogitet, nec extraneis cogitationibus seducatur. Quid igitur*, respondit ille, *est anima ista, de qua tu loqueris? Tu forsan per animam illam tuam, vel Genium Platonis, vel saltem angelum aliquem intelligis?* Ad quæ ego: *Angelum non posse esse illius scientiæ originem, quoniam angeli dividantur in bonos & malos: Bonos enim angelos Ethnicis, videlicet istis Arabibus, Chaldæis & Ægyptiis, qui hujus artis inventores fuerunt, raro fuisse concessos; Malos vero angelos omnes mendaciorum potius quàm veritatis autores esse, teste sacra Scriptura. Ex his igitur*, inquit ille, *patet te ipsum non posse rationem principii distinctam atque certam in hac scientia reddere.* Cui respondebam, *corpus humanum ita se habere ad animam suam, ut servus ad suum Dominum. Potest enim Dominus servum suum cum literis huc atque illuc mittere, dum tamen ille sui Domini intentionem nullatenus percipiat. Potest etiam & pictor insignis picturam egregiam regi per servum suum mittere, cùm tamen servus iste penitus ignoret colorum mixtiones & symme-*

tri-

tricas eorum proportiones. Sic etiam poteſt rex aliquis tributa populo ſuo imponere, per alios, cùm tamen ratio illarum impoſitionum ſit ſolummodo ipſi regi cognita. Non aliter nimirum poteſt quoque ipſum corpus præſtare quod imperat anima de occultis ſuis, dum tamen corpus ejus nullo modo percipiat iſtius actionis principia niſi per ſolos effectus. Hiſce auditis ipſe me in medio quorundam Epiſcoporum & Diaconorum ad menſam quandam adſtantem vocabit, ubi plumam & atramentum accipiens figuram Geomanticam compoſuit, & doctè admodum ſuper ea diſcurrit, ita ſane ut viderem, ipſum in ſcientia illa, me longè doctiorem atque expeditiorem eſſe, pro qua me accuſaverant apud eum Jeſuitæ. Atque ita finito prandio cum bona ejus gratia diſceſſi, ſæpiusque ipſum poſtea viſitavi; percepi enim ipſum eſſe Principem valdè curioſum, in ſcientiis peritum, peregrinis benignum & Tyrannidi nullo modo addictum.

His itaque inter Jeſuitas divulgatis valdè cupiebat quidam ex illis in Philoſophia prælector mecum conferre: Precibus igitur chariſſimi mei *Rheinaudii*, inſignis ingenii & modeſtiæ juvenis, motus illum adii, & gratiosè ab eo exceptus fui: Ubi, poſtquam aliquot rerum Philoſophicarum mentio facta fuerat, ſtatim ille in ſcientiam Geomanticam incidit, putans fortaſſe me facilimè redarguere velle: *quid enim*, inquit ille? *anne poſſibile eſt, ut per Geomantiam aliquis valeat, huic vel illi homini prædicere periculum, vel mortem ei in itinere ſuo Romam verſus ſuſcepto imminentem? aut quid eſt participationis & communicationis inter animam illius, & tuam, cùm ambæ contineantur intra corpus humanum:* Cui breviter hoc modo reſpondi: *Cum anima cujusque cor-*

poris sit lux illa præcipua, dominium in corpore præ cæteris habens, non aliter, quàm Sol in cœlo præ cæteris stellis; imò cùm sit ipse Sol Microcosmi, vivificis suis radiis totum corpus dirigens, non dubium est, quin & ipse radios suos invisibiles non aliter per poros corporis invisibiliter ejaculetur, quàm Sol ille cœlestis suos per cribrum elementorum passim in inferiora transmittit: Similiter, quemadmodum radiorum per affectum unius stellæ ad aliam est relatio, qua veluti per consultationem & applicationem res agendas in inferioribus tractant, ita ut post earum communicationem effectus in inferioribus producatur; sic etiam proculdubio inter animam unius & animam alterius, quæ luces sunt invisibiles, radii emittuntur, & emissione simul conjunguntur, ita ut sive anima petitoris sive ipse petitor sit ille, cui periculum impendet, sive sit illius amicus, quoniam est valdè divina, & quasi custos corporis sui, prævidens hujus futurum periculum (nam quatenus est immortalis, eatenus futura & præsentia in se cognoscere potest) explicet secreta sui corporis futura animæ ei applicanti, quæ corpori propter ejus crassitiem indicare non potuit; Atque hac via anima illi quieta & pacifica, ac ad judicium præparata, corporali motione animæ suæ valdè subjecta ac obediente, prognosticare sine difficultate potest. Præterea Olaus Magnus in sua historia de Finlandt magna narrat de veneficorum illius regionis actionibus stupendis, inter quæ recenset hanc de incantatrice quadam historiam; Videlicet, cum quidam ex regione remotissima illic vivens ad eam accessisset, pro cognoscendo amicorum suorum statu, modum operationis fuisse hujusmodi: Venefica cum aliqua alia fœmina ei assistente in cubiculum ingressa est, ubi post multorum verborum tacite

enun-

enunciatorum muſsitationem accepit ſerpentem ex ære factum, eumque per caudam tenens marculo bis terve percuſsit, ac facto eo concidit ſubitò veluti exanimata: Altera autem perdente hoc exanimationis tempore, inſerviit ei abigendo muſcas aliaque animalcula, ne eam attingerent. Per dimidiam horam poſtea venefica à ſomno ſuo reſurrexit, & veritatem de amicis petitoris pronuntiavit. Quid autem ſibi vult hoc ipſum, niſi quod anima veneficæ illius communicationem habuerit cum animabus amicorum petitoris? Et quoniam ſemidiameter radiorum ejus nimis brevis erat ad extremitatem animæ amicorum petitoris propinquiorum contingendam, ideò ad complendum petitoris deſiderium neceſſe erat, animam diſcedere à corpore quouſque inveniret locum, ubi communicationem & applicationem ſuam habere poſſet cum radiis animarum amicorum ſuperius deſignatorum. Et proculdubio radii animales extra corpus ſeſe inſenſibiliter extendunt longè ultra extenſionem radiorum viſivorum, tam propter tenuitatem & puritatem eſſentificæ ſuæ ſubſtantiæ, quam per media elementaria absque impedimento, more influentiæ penetrare poſſunt, quam propter formæ ſuæ celſitudinem & ſublimem ſuæ originis poſitionem. Aliquibus etiam aliis conſimilibus objectionibus & ſolutionibus factis humaniter me amplexus eſt, jurans, ſè tanquam fratrem ſuum me habiturum, oransque, ut ipſum fratresque ejus ſæpiuſculè viſitarem: Id tamen, quod facere non potui propter ſubitaneum meum ex civitate illa abitum ad *Ducem Guiſiæ* tum temporis Marſiliæ degentem, qui ad me miſit, ut ipſum fratremque ejus *Equitem Militenſem* Mathematicas ſcientias docerem. " Concludimus itaque, „ hanc artem eſſe ſcientiam immediatè ab anima de- „

„ pen-

„ pendem, ita quidem, ut ejus radix ſit ipſa anima,
„ ac proinde eam eſſe cæteris ſcientiis omnibus, quas
„ quidem poteſt homo in hoc corruptibili mundo
„ percipere, ſubtiliorem.

CAP. II.

De præparatione animæ operantis ante projectionem.

CUm hæc ſcientia fundata ſit ſuper animam, certum atque manifeſtum eſt, nihil in ea præſtari poſſe, niſi in quantum anima illud concedit: Quare requiritur, ut ille, qui in hac arte verſari voluerit, priusquam exordium ſuæ projectonis faciat, bonam & illæſam habeat conſcientiam, ac ut corpus & ſpiritus ſine perturbatione gubernetur, & ne pejus de alio quàm de ſeipſo cogitet, nec debet animus ejus eſſe parcus in júdicio, nec ad negationem magis quàm ad affirmationem propendere, ſed eſſe judex juſtus quæſtionis propoſitæ: Denique in Deo potentiſſimo debet confidere, qui autor eſt omnis ſcientiæ & veritatis, & orare ipſum, ut per hanc ſcientiam ſibi concedatur veritatem invenire, quam deſiderat cor ejus cognoſcere. Quibus omnibus ritè conſideratis ac præmiſſis, animâque bene firmatâ in re propoſita faciet immediatè punctorum projectiones: Hinc igitur eſt, quod tanta fallacia atque incertitudo in hac arte oritur; Hinc etiam eſt, quod eadem iſtæc ars pro nihilo habetur, videlicet, quoniam quidam Artiſtarum nomina falſo ſibi tribuentes, neglecto Deo animæque ſuæ pacificatione, ac corporis voluptatibus minimè ſubmotis, falsò de rebus

pro-

propositis judicant, atque hac ratione reddunt artem hanc occultam valdeque profundam, ita contemptam, ut etiam pro omnium falsissima communiter reputetur. Non igitur est culpa aliqua in scientia, sed in professore: Scientiæ enim proculdubio omnes sunt verissimæ, professores autem earum multoties ambiguitatibus & angustiis propter vitiosas suas dispositiones impediuntur. Nam quis potest dubitare animam ad veram futuri cognitionem posse aliquam corporis partem faciliùs, quàm ipsum totum corpus dirigere? cùm percipiamus, ipsam ita gubernare totum corpus, ut quotidie & omni hora prævideat futura, nempe se tale negotium expediturum postera die, & vel equitaturum ad hanc vel illam civitatem, aliaque facturum septimana sequenti, aut etiam se hoc vel aliquo alio tempore uxorem ducturum, aut propositum & consilium suum aliud tali vel tali hora executurum, &c.

CAP. III.

De projectione sedecim linearum, in quatuor ordines, primas quatuor figuras Geomanticas constituentes, divisarum.

PRiusquam ad harum linearum projectionem accedamus, quæ ex punctis constituuntur, regulas quasdam præmittemus, quibus rationem & modum harum serierum explicabimus.

Regula I.

Non est Artista faciendum de quæstione ulla judi-

cium

cium, pertinente ad rem aliquam quam ipſe jam tum ante cognitam & perſpectam habet. Namque faciendo illud tentabit Deum atque ſcientiam iſtam divinam; eaque ratione errabit.

Regula II.

Non computabis numerum punctorum alicujus lineæ; Nam illâ ratione erit anima quodammodò in computatione perturbata.


Regula III.


Cùm in hac ſcientia operari volueris, primum deſcribere oportet quæſtionem propoſitam, ne aliter intellectus tuus perturbetur.

Regula IV.

Non debes quæſtionem duplicem facere, ſed eam formare ſolummodò pro cognitione unius rei; nam aliter figura tua adeò erit perturbata, ut nihil rectè judicare poſſis. Quare ita rectificanda eſt petitio, ut nonniſi unica ſit, & integram in ſe habeat intentionem.

Ac notandum eſt, *quod lineæ hæ Geomanticæ ex punctis æqualiter diſtantibus conflatæ debeant habere formam quatuor digitorum manus*, quemadmodum in ſequenti exemplo apparebit.







Puncta autem cujuſlibet lineæ ita per bina copulare & concatenare debemus, à dextra verſus ſiniſtram progrediendo, ut in ejus extremitate verſus ſiniſtram duo puncta à concatenatione libera relinquantur, aut ſaltem unicum: Atque hoc etiam faciendum eſt, cum omnibus prædictarum quatuor ſerierum lineis, & provenient hac via quatuor primæ ſchematis Geomantici figuræ, quatuor elementa cum eorum naturis & complexionibus repræſentantes, ſimiliter quatuor ventos, & quatuor mundi partes: nam quod ad elementa attinet, quatuor primæ lineæ ſignificabunt elementum ignis, quatuor verò ſecundi ordinis denotabunt elementum aëris, quatuor tertii ordinis elementum aquæ, & quatuor

ultimæ

ultimæ elementum terræ: Figuræ nimirum ex qualibet serie prodeuntes elementum significabunt suæ seriei, quemadmodum in figura præcedenti *Cauda Draconis*, significabit ignem, *Caput* verò aerëm, *Major Fortuna* aquam & *Rubeus* terram. Hæ autem quatuor figuræ appellantur *Matres*, ideò videlicet, quoniam ab iis producuntur omnes figuræ sequentes.

CAP IV.

De cæterarum figurarum productione in schemate Geomantico.

NOtandum est, quod ex dictis matribus, quæ primas quatuor scuti Geomantici figuras constituunt *quatuor filiæ* quintam, sextam; septimam, & octavam figuram constituentes oriantur, acceptis seorsum partibus omnibus matrum. Unde in superiori exemplo ex prima figura capimus / • / ex secunda / . . / ex tertia / • / ex quarta / . . /; Atque ita hæ quatuor partes simul conjunctæ generant primam filiam occupantem quintam domum, productâ scilicet figurâ quam Amissionem vocant,

cujus talis est forma  *Ex humeris matrum* secunda filia domum sextam possidens nascitur, *ex tibiis* tertia, & *ex pedibus* quarta.

Primus autem nepos à duabus matribus primis derivatur, nam ejus caput conflatur ex duobus capitibus illarum, &c. Ubi hæc sit regula generalis, quod *ubi duo capita, humeri, tibiæ, vel pedes simul juncti imparem producunt numerum, videlicet tria, ibi nonnisi unicum punctum exprimendum est in numero*


mero producendo; Ubi verò pares, ibi duo semper puncta sunt describenda. Verbi gratiâ: quoniam in prædictis capitibus primæ & secundæ matris non nisi tria puncta reperimus, ideo caput primi nepotis nonam domum possidentis, unico puncto exprimimus.

Similiter, quoniam matrum humeri parem numerum producunt, ideò quoque nepotis prioris humeri binis punctis constabunt. Pariterque etiam ejus tibiæ ex totidem punctis componi debent; pedes autem ejus unicum tantùm punctum habebunt propter rationem prædictam.

Hæc eâdem quoque ratione nepos secundus ex tertia & quarta matre conflatur; nepos tertius ex prima & secunda filia, & quartus ac ultimus ex duabus ultimis filiabus.

Pari etiam modo duo testimonia ex quatuor nepotibus producuntur, quemadmodum & judex ex binis testimoniis.

Decima sexta denique & ultima figura in qua totius schematis seu scuti judicium latet ex judice & prima matre constituitur. Atque hoc modo integrum totius schematis Geomantici scutum, ejusque domus impleri debent, ex quibus judicium in hac arte desumendum est.



LIBER SECUNDUS.

De Figuris Geomanticis.

CAP. I.

De figurarum Geomanticarum nominibus, formis & naturis.

Figu-

Figuræ illæ, quæ possunt ex seriebus quatuor linearum Geomanticarum extrahi, sunt numero sedecim, quæ nomine ac forma ab invicem distinguuntur, ut sequitur:

Dicitur enim harum figurarum		cujus effigies est talis
	Prima, Acquisitio,	o o o o o o
	Secunda, Amissio,	o o o o o o
	Tertia, Lætitia,	o o o o o o o
	Quarta, Tristitia.	o o o o o o o
	Quinta, Caput Draconis,	o o o o o
	Sexta, Cauda Draconis,	o o o o o

Septima, Albus,

Octava, Rubeus,

Nona, Puer,

Decima, Puella,

Undecima, Major fortuna,


Duodecima, Minor fortuna,

Decima tertia, Populus,

Decima quarta, Via,

Decima quinta, Conjunctio,

Decima sexta, Carcer,



Refe-

Referuntur autem hæ figuræ signis Zodiaci, nimirum

- *Acquisitio*, Arieti.
- *Lætitia & Minor*, Tauro.
- *Rubeus & Puer*, Geminis.
- *Albus & Populus*, Cancro.
- *Via*, Leoni.
- *Caput Draconis & Conjunctio*, Virgini.
- *Puella*, Libræ.
- *Tristitia & Amissio*, Scorpioni.
- *Cauda Draconis*, Sagittario.
- *Populus*, Capricorno
- *Major*, Aquario.
- *Carcer*, Piscibus.

Similiter quoq; dantur

- dies
  - *Saturni* & ipse ♄
    - Directus *Carceri*.
    - Retrogradus *Tristitiæ*.
  - *Jovis* & ipse ♃
    - Directus *Lætitiæ*.
    - Retrogradus *Acquitioni*.
  - *Martis* & ipse ♂
    - Directus *Rubeo*.
    - Retrogradus *Puellæ*.
  - *Solis* & ipse ☉
    - Velox *Majori*.
    - Tardus *Minori*.
  - *Veneris* & ipsa ♀
    - Directa *Puero*.
    - Retrograda *Amissioni*.
  - *Mercurii*, & ipse ☿
    - Directus *Albo*.
    - Retrogradus *Conjunctioni*.
  - *Lunæ* & ipsa ☾
    - Directa *Populo*.
    - Retrograda *Viæ*.
- *Jupiter* & *Venus* Directi, *Capiti Draconis*.
- *Saturnus* & *Mars* Retrogardi, *Cauda Draconis*.

Harum autem figurarum *aliæ* ſunt

- *Igneæ*, quæ habent ex plagis mundi Meridiem, videlicet
  - *Rubeus.*
  - *Minor.*
  - *Amiſſio.*
  - *Cauda Draconis.*
- *Aereæ*, quæ habent Orientem, videlicet
  - *Lætitia.*
  - *Puella.*
  - *Acquiſitio.*
  - *Conjunctio.*
- *Aqueæ*, quæ habent Septentionem, nempe
  - *Populus.*
  - *Via.*
  - *Puer.*
  - *Albus.*
- *Terreæ*, quæ habent Occidentem, ſcilicet
  - *Major.*
  - *Caput Draconis.*
  - *Carcer.*
  - *Triſtitia.*

Item haru' figur. rum *aliæ* ſunt.

- *Omninò bonæ & fortunatæ*, nimirum
  - *Major.*
  - *Lætitia.*
  - *Caput Draconis.*
  - *Albus.*
  - *Puer.*
  - *Acquiſitio.*
- *Omnino malæ & infœlices*, nempe
  - *Triſtitia.*
  - *Rubeus.*
  - *Puella.*
  - *Amiſsio.*
  - *Cauda Draconis.*
  - *Minor.*
  - *Carcer.*
- *Nec bonæ omnino, nec omnino malæ ſed intermediæ, hoc eſt, nec valdè* bonæ, nec valdè malæ.
  - *Populus.*
  - *Via.*
  - *Conjunctio.*

Sed

Sed & ſunt harum figurarum quædam

- *Fortes & ſtabiles*, nimirùm
  - *Major.*
  - *Acquiſitio.*
  - *Lætitia.*
  - *Puer.*
  - *Albus.*
  - *Caput Draconis.*
- *Debiles & mobiles*, ſcilicet
  - *Minor.*
  - *Amiſſio.*
  - *Triſtitia.*
  - *Puella.*
  - *Rubeus.*
  - *Cauda Draconis.*
- *Mediocres*, hoc eſt, nec fortes nec debiles
  - *Populus.*
  - *Via.*
  - *Conjunctio.*
  - *Carcer.*

Regula I.

Figuræ ſtabiles & firmæ faciunt rem ſtabilem & firmam, ſive in bono ſive in malo, ſecundùm quod figuræ inveniuntur in bona aut in mala domo.

Regula II.

Debiles figuræ ita dicuntur, quoniam judicium dant debiliter & ſine ſtabilitate, nec ſunt tam bonæ & ſtabiles, quàm mediocres, aut pro morbo aut pro incarcerato, aut pro gravida.

Regula III.

Mediocres figuræ dicuntur, quoniam locum habent inter fortes & debiles, ac judicant quæſtionem & petitionem mediocriter, hoc eſt, nec totaliter in bonum, nec totaliter in malum.

CAP. II.

De duodecim primis ſcuti Geomantici domibus.

PRimæ duodecim ſcuti Geomantici domus referuntur 12. ſignis Zodiaci, quemadmodum in Aſtrologia intelligere debemus. Unde *prima domus* tam in Aſtrologia quàm in Geomantia datur Arieti, eſtque ſemper per ſe domus mobilis; *Secunda* Tauro, eſtque domus fixa; *Tertia* Geminis, eſtque domus communis; *Quarta* Cancro eſtque mobilis; *Quinta* Leoni, eſtque fixa; *Sexta* Virgini, eſtque communis; *Septima* Libræ, eſtque mobilis; *Octava* Scorpioni, eſtq; fixa; *Nona* Sagittario, eſtque communis, *Decima* Capricorno, eſtque mobilis; *Undecima* Aquario, eſtque fixa; *Duodecima* Piſcibus, eſtque communis, id eſt, nec fixa nec mobilis, ſed media inter utramque. Atque *notandum eſt*, quod, quando figuræ in his domibus ſunt, nihilominus tamen natura domus non mutetur, ſed in ſe maneat, hoc eſt, non mutabit naturam ſigni ſui: Unde prima domus appellatur Aries, & ſic in cæteris, ita ut omnis domus, quamcunque figuram habeat, ſit pro natura ſua propria mobilis, fixa vel communis.

Regula I.

Domus malæ figuras per ſe bonas faciunt malas, per ſe autem malas faciunt adhuc pejores & deteriores: E contrà verò figuræ bonæ in bonis domibus ſunt meliores.

Regula

Regula II.

Figura in domo contraria, videlicet fixa in mobili, vel mobilis in fixa. pejor redditur in judicio. At fixa in domo fixa vel mobilis in mobili, fortiorem reddit significationem.

Regula III.

Prima quarta è duodecim domibus, videlicet domus prima, secunda & tertia, seu ♈ ♉. ♊. semper tempus vernum significabit, atque sic in cæteris, prout in Astrologia docetur.

CAP. III.

De natura & significatione cujuslibet sedecim figurarum, in qualibet scuti Geomantici domo; Et primum, de Acquisitione.

Acquisitio denotat in domo { *Prima*, divitem, prudentem, proficuum, bonum finem, fortunatum, receptionem rei desideratæ, sed hæc figura non est bona ad rem aliquam vendendam: est enim verax.

Secunda, divitias, lucrum proficuum, bonam fortunam in mercatura, rei promissæ receptionem, recuperationem rei deperditæ, incrementum omnium bonorum.

Tertia, bonam fortunam à parentibus,

 bonos

bonos parentes, fratres, vicinos, itinera bona, bonum ſenſum.

Quarta, bonum patrimonium, bonam domum & utilem, in qua aliquis acquiret divitias, divitem patrem & dominantem, bonum finem omnium hæreditatum.

Quinta, proficuum ex liberis ſuis, bonos liberos & divites, bonas literas, bona veſtimenta, lætitiam cordis, delitias cum mulieribus, fructus hæreditatũ.

Sexta, longum morbum, qui tamen curabitur, bonas beſtias, bonos ſervos & utiles.

Septima, caſtam fœminam, placabilem, bonam ſocietatem, bonas mercantias, pacem & reconciliationem cum inimicis, ſive ſit in lite judiciali, ſive in bello.

Octava, reſtitutionem damni, mortem naturalem, proficuum in terra aliena, ſecuritatem à timore mortis, inimicum, felicem & divitem.

Nona, proficuum ex morte, viam ſeu iter, timorem Dei, bonum & ſecurum iter, bona beneficia, bonum ſomnium, bonum ſenſum in omnibus actibus, bonam devotionem in DEUM, & Eccleſiam, bonum pro rebus Eccleſiaſticis.

Decima, proficuum Dominorum regis, omnes Dominos pacificos & felices, ob-

obtentionémque desiderii tui, ab iisdem officia utilia, bonam sententiam à judice.

Undecima, bonam fortunam, bonos amicos, lucrum in mercantia, subitaneam proficui receptionem.

Duodecima, paupertatem & incarcerationem pro debitis, proficuum servorum & bestiarum, longam incarcerationem, bonum pro morbo, & ad recipienda debita.

Decimatertia, damnum & mutationem proficui, bonum iter & acquisitionem in omni receptione, implementum desiderii absentis.

Decimaquarta, proficuum in re omni quam aliquis sperat, longam vitam, fortunam, omnem utilitatem & bonitatem.

Decimaquinta, bonitatem in omni re, recuperationem rei perditæ, retardationem itinerum.

Notandum, quod hæc figura in prima domo indicat hominem formosum, habentem flavescentes ac pulchros capillos, staturam corporis mediocrem, faciem rubram, & mutatorem ac mercatorem.

II. De

II. De Amiſſione.

Amiſſio denotat in domo

Prima, hominem audacem, inſtabilem, plenum criminis ac deceptionis, nihili receptionem.

Secunda, damnum in mercantia & bonis ſuis, nihil lucri, damnum omnium bonorum ex latronibus.

Tertia, inimicitiam inter propinquiores, parentes, fratres, & vicinos, fallaciâ plenum, timorem in itinere.

Quarta, falſitatem & damnum hereditatis ac patrimonii, malum finem civitatis aut domus.

Quinta, damnum fructuum, hereditatũ, malos liberos & mobiles, malas literas, nullam delectationem in amore fœminarum levium.

Sexta, evaſioem à morbo, damnum beſtiarum, fugam ſervorum, ſimiliter injuriam ac pravitatem.

Septima, malam fœminam, litem cum ſuo Domino aut ſodalibus, fœminam inſtabilem & luxurioſam, damnum in mercantia, latrones fugitivos, ſodales inimicos, mutabiles, & deceptores, malam mutationem.

Octava, damnum ex morte, perditionem ſenſus, nihil proficui in loco quo aliquis vadit, pauperes inimicos, perditionem dotium mulierum.

Nona,

Nona, longam viam sine jucunditate, nihil scientiæ, malum aliquod pro petitore ab Ecclesia.

Decima, malos Dominos, perditionem honoris, dominii aut officii, Dominos instabiles, tribulationes regnorum, impedimenta honoris.

Undecima, perditionem amicorum suorum, perditionem seu damnum in mercantia, falsam spem, amicos mutabiles & inutiles.

Duodecima, damnum bestiarum, exitum de debitis, malam mutationem, exitum de carcere, amicos falsitatis plenos, mutabiles & derisores.

Decima tertia, damnum & mutationem in superioritate seu magistratu aut gubernatione, malam fortunam.

Decima quarta, damnum amicorum, magnum laborem in quacunque re.

Decima quinta, nihili receptionem, malum finem.

Nota, quando hæc figura Amissio reperitur in prima domo, significat hominem pallidum, mendacem, rapacem, latronem.

III. De

III. De Lætitia.

Lætitia denotat in domo.

Prima, judices, ſapientes homines, bonam & rectam vitam, plenitudinem lætitiæ & exaltationis, gaudium petitori in omnibus rebus.

Secunda, multitudinem bonorum, vitam fidelitatis & gaudii plenam.

Tertia, bonam fortunam in fratribus ſuis, nullum timorem Dei, bonum amorem fratrum, vicinorum, parentum, omnem lætitiam in re omne.

Quarta, proficuum hereditatum & omnium rerum ſuper terram, lætum finem, lætitiam in domibus, lætitiam parentum, hereditaria pacifica.

Quinta, proficuum liberorum, longam vitam, lætitiam in re omni, lætas ac jucundas literas & nuntia, lætitiam fœminarum & omnium bonorum.

Sexta, ſervos, beſtias emerſas è morbo, ſervos jucundos & hilares.

Septima, bonos nuptias, proficuum ſociorum ſeu ex ſociis, victoriam ex cauſa fœminæ hilaris & caſtæ, hilarem ſocietatem, pacem & concordiam, bonam mutationem.

Octava, proficuum hereditatum à mortuis, evaſionem ex pavore, lucrum & proficuum in loco quo itur.

Nona, itinera, timorem DEI, ſcientiam, fidelitatem, hilaritatem, ſanctum homi-

hominem, Eccleſiæ negotia, bona nova, artes ſubtiles, devotionem & amorem Eccleſiæ.

Decima, exaltationem magnorum honorum, Epiſcoporum, & Prælatorum auxilium à Dominis, officium lætum & hilare, pulchra templa, bonum judicem, juſtam & bonam ſententiam, locum calidum.

Undecima, bonam fortunam ſodalium, proficuum beſtiarum, lætitiam, amorem, bonam ſpem de bono homine, hilares & bonos amicos, hominem prudentem & bonæ ſcientiæ, lucrum in mercantia.

Duodecima, proficuum beſtiarum & ſervorum, egreſſum ex carcere, liberationem à carcere debitorum ac ab omni tribulatione, pacem & reconciliationem inimicorum.

Decimatertia, proficuum ex itinere, à rege, à Domino, mutationem omnium bonorum.

Decimaquarta, bonam ſpem implendi ſuam voluntatem, lætam ſpem, perfectionem ſuæ voluntatis in gaudio & exaltatione.

Nota, quando hæc figura reperitur in prima domo, ſignificat Epiſcopum, prælatum Eccleſiæ, religioſum & Eccleſiaſticum, longam barbam, malum aliquod exiſtens in digito, manentem in locis altis.

IV. De

IV. *De Triſtitia.*

Triſtitia denotat in domo

Prima, triſtes cogitationes, debita, paupertatem, occultum damnum, obligationes, carceres, impedimentum itineris, malam mutationem, incredulum & ſine ſpe.

Secunda, fortunam & mercantiam, avaritiam, damnum bonorum, infortunatum uſurarium, malum honorem.

Tertia, malum cum cognatis, odium tacitum cum vicinis & parentibus, impedimentum ſecretum in itinere.

Quarta, perditionem hereditatum & in præliis, damnum damnorum, tribulationem, malam domum, malam fortunam, paupertatem parentum, detrimentum & damnum.

Quinta, malos & pauperes liberos, falſas literas, triſtitiam & angorem cordis, ſecretum in amore fœminarum triſtium, pauperes cibos & habitus.

Sexta, novos ſervos, timorem captivitatis & paupertatis, beſtias timidas ac inutiles, longum morbum aut mortem, paupertatem, injuriam, abjectionem ſine vulnere & confuſione.

Septima, malam fœminam, hominem victorem, latronem de nocte, pauperem

perem statum, damnum, malam mutationem, fœminam tristem.

Octava, pauperem de morte alterius, damnum in natione aliena, damnum ab absente.

Nona, viam sine proficuo, impedimenta in itinere & damnum, hominem sine fide & scientia, rudem intellectum, ruinam Ecclesiæ & beneficiorum.

Decima, damnum & degradationem hominum, exaltationem malorum, damnum officiorum, Dominorum tristium, timorem regum & regni, falsam judicis sententiam, casum de honore.

Undecima, contemptorem amici sui; malam fortunam, quæ durabit diu, sed tamen cum spe; pauperem amicum, nullum defectum in mercantia.

Duodecima, debita, inimicos, damnum, incarcerationem longam aut mortem in carcere; inimicum, timidum & pauperem, tribulationem, timorem de obligationibus & debitis, longum morbum & incurabilem.

Decimatertia, malum per viam ac tristitiam.

Decimaquarta, malam fortunam, parva itinera, angorem & tribulationem, desperationem & omne malum irreparabile.

Nota, quando hæc figura reperitur in prima domo, ſignificat hominem nigrum, habentem veſtimenta lacera, & cujus magiſterium verſatur in rebus nigris, & fœtidis ac vilibus.

V. De Capite Draconis.

Caput Draconis denotat in domo

Prima, bonam fortunam & dulcem, hominem ſapientem, diſertum, prudentem, & qui tenet res ſuas ſecretè, ac habet cogitationem firmam & ſtabilem in omnibus bonis. Et eſt hæc figura natura ſua valde bona.

Secunda, proficuum & lucrum in mercantia, divitias, bonam fortunam, & omnium rerum acquiſitionem ſecretam.

Tertia, bonos parentes, bonos vicinos, bonam fidem, retardationem itineris pro aliquo bono.

Quarta, proficuum & acquiſitionem hereditatum, bonam domum, bonum patrimonium, patrem diſcretum, bonum finem, pacem in ſuo magiſterio.

Quinta, amorem infantum, bonos liberos, gaudium, literas ſecretas, fœminas gravidas, honeſtè contentum amore fœminæ, bonum amorem.

Sexta, longum morbum, proficuum in re omni, ſervos ſecretos & diſcretos, bonas beſtias & utiles, longum morbum & ſecretum.

Septima,

Septima, bonas nuptias, bonam fœminam & castam, bonam societatem, inimicos subtiles & fortes, bonam mutationem, bonum proficuum in mercantia, malum pro exitu.

Octava, mortem aut morbum, lucrum denariorum, amorum, recuperationem rei perditæ, mortem secretam, receptionem pecuniarum de morte, securitatem à timore.

Nona, itinera & reditum ejus, qui est extra patriam, literas, bonam credentiam, retardationem itineris, bonam fidem, hominem sanctum Ecclesiæ, scientiam in omnibus artibus, bonum pro Ecclesia, honorem.

Decima, bonum judicium, multitudinem denariorum, sapientem regem, magnum honorem dominii & officii, multum divitiarum, conciliationem gratiæ judicis sententiamq; discretam.

Undecima, bonam fortunam, lætitiam, bonos amicos & fideles, bonam spem, bonum lucrum.

Duodecima, paupertatem, longam incarceratiõnẽ, bonas bestias, bonas literas.

Decimatertia, reditum illius, qui est extra patriam, proficuum Domini, bona nova absentis, proficuam & bonam mutationem.

Decimaquarta, bonam fortunam, bonam spem, longam vitam, proficuum per totum.

Nota, quando hæc figura eſt in prima domo, denotat Principem vel judicem boni conſilii, habentem pulchros capillos, qui eſt ſuperbus.

VI. De Cauda Draconis.

Cauda Draconis denotat in domo

Prima, malam acquiſitionem, paupertatem, malam viam, vexationem & iracundiam, nullam rei deſideratæ acquiſitionem, hominem peſſimum & iracundum.

Secunda, damnum bonorum omnium & infortunium in re omni.

Tertia, angorem cognati & pauxillum lucri, malum fratrem, malos parentes & vicinos, malam viam, malum ſomnium, & totum malum.

Quarta, malam domum, malas hereditates, decrementum proficui.

Quinta, detrimentum à malis per malos liberos, per fructus, per inimicos, malos nuntios, malas literas, malos liberos, triſtitiam cordis, vexationem & iram, dubium ne infans pereat in utero; nullos amores nec oſcula, ſed rixas & contentiones pro fœmina, ac omnia mala ſecundum domum.

Sexta, mortem aut ægritudinem, perturbationem beſtiarum, malam fortunam, magnas ægritudines & anguſtias, malos ſervos & fugitivos, malum ad recipiendas dotes de fœminis, injurias.

Septima,

Septima, malam fœminam & furtivam, latrocinium, malum sodalem; fœminam rixosam, luxuriosam; latrones, omne malum pro mercantia, aut pro omni re de itinere & nuntiis, nullam nisi mali inventionem in loco quo intendit aliquis ire & negotiari.

Octava, mortem, perditionem bonorum, patrimonii, & hereditatis, damnum in regione aliena, pavorem, desperationem, damnum de morte, traditionem, damnum de inimico petitoris, iram & perturbationem.

Nona, viam, egressum ex alto loco dominii, malum iter & lachrymosum (Si duplicet, est malum signum proditionis, verberum & vulnerum in via) malum somnium, malum Ecclesiæ & pro hominibus Ecclesiasticis, artes & scientias inutiles, nam magisterium nihil boni aut proficui afferet.

Decima, egressum de bono loco & de dominio quod aliquis perdet; item dat signum aliquem victum esse, & de suis terris ac beneficiis expulsum, minaturque omne malum secundum naturam domus.

Undecima, spei inventionem, inimicorum pro amicis reputationem, amicos luxoriosos, malos, traditores, & mendaces, malam fortunam, damnum in mercantia, signum, quod res perdetur, reditum absentis, aut quod

 repel-

repelletur fortiori manu, malā spem, & in loco aliquod odium incurrere.

Duodecima, evasionem & fugam pro debitis, mortem ægroto, egressum è carcere, damnum bestiarum, inimicum, pavorem, equum vulneratum; inimicos rebelles & feroces, traditores & deceptores.

Decimatertia, malam recuperationem rei perditæ, mutationem de itinere, periculosam iram petitoris, lites & malam fortunam.

Decimaquarta, inimicos pro amicis, damnum in mercantia, malum finem pro re aliqua petita, totum malum.

Nota, quando hæc figura reperitur in prima domo, denotat damnum, & hominem mediocris staturæ rotundam faciem, longum nasum, magnum os, magnos dentes, caput calvum, magnám barbam.

VII. De Albo.

Albus denotat in domo

Prima, rei desideratæ obtentionem seu consecutionem, lætitiam, literas bonas, prudentem hominem, divitem, receptorem omnium bonorum, sed qui impediet viam pro aliquo bono, res albas & utiles.

Secunda, denarios & lucrum in mercantia, divitias in argento, rerum pro-

missa-

missarum receptionem, multiplicationem in re omni.

Tertia, implementum desiderii, bonos fratres, bonos cognatos, bonos parentes, bonos vicinos & benevolos, bonam fidem, bona nova, negotia paululum retardata.

Quarta, multum proficui de patre & matre, bonam domum, bonum patrimonium, bonum statum pro patre, bonum finem & lætum.

Quinta, bonos liberos, bonas literas, gaudium, bonos pisces albos, amplexus & oscula suæ Dominæ sive amatæ.

Sexta, magnum morbum, proficuum in bestiis & servis, commodum & bonam fortunam in albis bestiis.

Septima, bonam fœminam & pacificam, bonam societatem, proficuum in mercantia, pacem ab inimicis, bonas nuptias & utiles.

Octava, mortalitatem & morbidum statum, securitatem à pavore, lucrum in natione aliena, divitias absenti, mutationem bonam & bonum iter.

Nona, proficuum in itinere, fidelitatem sed retardationem aliqualem itineris, bonas artes, hominem bene literatum, hominem sapientem Ecclesiastici ordinis, hominem fidelem.

Decima, gaudium, sanitatem, bonam fortunam, bonum regi & regno: si illa

duplicatur in duodecima aut octava domo, denotat inimicos regis, bonam sententiam à judice, obtentionem petiti sui à Domino, & bonum officium.

Undecima, bonam fortunam, bonos amicos, proficuum in mercantia, spem, pacem & amorem.

Duodecima, proficuum bestiarum, bonos debitores, tardum egressum è carcere, debiles inimicos, qui petent pacem.

Decimatertia, proficuum in via, & ab aliquo Domino.

Decimaquarta, proficuum amicorum & evasionem ab inimicis.

Nota, quod hæc figura inventa, in prima domo, significat hominem album, bene barbatum, & sæpe versatur in rebus albis, manetque juxta aquam.

VIII. De Rubeo.

Prima, sanguinem, prælia, bella, hominem iracundum, plenum rabiei, receptionem periculi ab igne & sanguine in itinere ac alibi, inimicos & malam mutationem.

Secunda, paupertatem, damnum pecuniarum per vim, res damnosas.

Tertia, iracundum, malam fidem, bonum fratrem, bonos amicos, iracundos suis patribus & parentibus ac vicinis.

Quarta,

Quarta, sanguinem, siccitatem & ardorem in aëre, parum seminis, damnum parentibus, damnum hereditatis, & patrimonii ac omnium rerum firmarum, domorum combustionem, castellorum invasiones & expugnationes, effusionem sanguinis, omne malum, malum finem.

Quinta, malos liberos, malam vitam, malas literas, malos nuntios, mala nova, liberos truculentos & Cholericos in corde.

Sexta, morbos de cholera rubra aut sanguine, ut Apostemata, ulcera, calefactionem sanguinis, bestiam malam, morsum canum rabidorum, injurias, dejectiones, homines armatos.

Rubeus denotat in domo

Septima, lites, bella, nuptias malas, falsam societatem, malam fœminam, iracundam & rixosam, verbis contumeliosis infestantem, latrones, assassinatores, jurgia inimicorum publica, deceptiones & similia.

Octava, sanguinolentiam, timorem, damnum hereditatum, damnum per vim, malam mortem per arma aut per ferrum, mortem in natione aliena, damnum inimicorum, pavorem de morte, damnum ei qui exit, omne malum absenti, impedimentum omnis lucri iter facientibus, utpote qui non invenient quicquam proficui in loco, quo tendunt.

Nona, falſitatem, malam viam, latrones in via, corruptionem in via, hominem malæ fidei, parvæ ſcientiæ in ſua arte, aut magiſterio, violentiam in Eccleſia, egreſſionem de beneficiis & mendacia.

Decima, malum in actione ſui Domini, falſam juſtitiam, iracundiam & vecordiam Domini, malum pro regno, malum proficuum, egreſſum officii per violentiam, recuſationem dominii, malam judicis ſententiam, executionem mortalem.

Undecima, rigorem & litem, recuſationem Domini, malam fortunam, malos officiarios, malos liberos, malam ſpem, malum in mercantia amicorum & in habente dominium.

Duodecima, inimicos, debita, malam cogitationem, damnum, mortem in carcere, beſtias malas, conditionem vitioſo datam, damnum per beſtias, inimicos feroces & iracundos, malos carceres more inferorum, morbos, incarcerationem aut mortem incarcerati, rigorem juſtitiæ.

Decimatertia, damnum Domini, malum iter, & mutationem, damnum pro abſente, brevem vitam pro eo qui abſcondit ſeſe ab inimicis ſuis.

Decimaquarta, damnum & iracundiam, paupertatem, malam fortunam, cumula-

mulationem mali, nihili receptionem de rebus desideratis, malum pro omni negotio; atque hoc fit pro scuti Geomantici domo, quando generatur à figuris malis, vel iis sociatur.

Nota, quando hæc figura præcedens est in prima domo, significat hominem rubrum, & callidæ loquelæ, prælia desiderantem, & delectantem sese vel gaudentem effusione sanguinis, & cujus magisterium pertinet ad ignem.

IX. *De Puero.*

Puer denotat in domo

Prima, gaudium, spem, nuptias, hilarem more infantis, qui nihil nisi canere ac tempus fallere, Musicâ & societatem mulierum amat.

Secunda, proficuum in mercantia, bonam fortunam, lucrum bonum, societatem fœminarum, debitorum receptionem.

Tertia, lætitiam ratione fratris & vicini, vicinos charos & hilares, bonum iter, bonum somnium & nova jucunda.

Quarta, prælia, nullam rei quæsitæ acquisitionem, récusationem rei, quam quis desiderat, aquam.

Quinta, gaudium, bonos liberos, nuntia & literas, bona nova, delectationes, amorem & delitias cum fœminis, instrumenta Musica.

Sexta,

Sexta, bonos servos, stultas fœminas; filios fornicationis, bonas bestias, longos seu diuturnos morbos.

Septima, malas fœminas & stultas fornicationem & malam societatem, nuptias liberorum.

Octava, mortem & morbos.

Nona, iter per terram, falsam credentiam, lubricitatem Ecclesiæ.

Decima, litem pro fœmina, aut pro servis, aut liberis in judicio seu ante judicem, servitium alicujus Domini.

Undecima, gaudium, fortunam, bonum amorem, amorem fœminarum & hominum pro luxuria.

Duodecima, Victoriam, malum hominem, pericula, carceres, defectum illius rei, quæ quæritur, bonas bestias, inimicos fortes & malos.

Decimatertia, gaudium & proficuum provenientia de magnis hominibus, literas, nuntios, vitam, gaudium & itinera.

Decimaquarta, periculum sed postea bonum finem, bene bibere, bene comedere, nuntios & amores.

Decimaquinta, temperantiam, proficuum de omnibus rebus, & complementum bonorum.

Decimasexta, omne bonum.

Nota, quando est hæc figura in prima domo, significat hominem juvenem, pulchrum, & boni vultus.

sine

sine barba, luxuriosum, instrumenta & Musicam amantem, Monachos, Hypocritas & scholares.

X. *De Puella.*

Puella denotat in domo

Prima, lætitiam amicorum, victus, infantes habere, verba lubrica & luxuriosa, mendaces, plenos loquelæ superfluæ.

Secunda, proficuum, inclinationem ad prodigalitatem.

Tertia, amores parentum, bonam societatem, bonos cognatos, multum loquelæ, lassitudinem in itinere, & nonnunquam latrones.

Quarta, proficuum in magisteriis amoris, de patre & matre, pro hereditatibus, parvos fructus, loquelas, luxuriosas & inhonestas in domo.

Quinta, liberos lætos, nuntios, literas, delitias, verba superflua de luxuria, amores fœminarum, mendaces, viles.

Sexta, malas fœminas, morbum servorum, lucrum in bestiis, servis, plenos loquelæ jactabundæ & luxuriosæ, morbos videlicet ulcera, tumores, contusiones, & similia.

Septima, nuptias, proficuum sodalium, gaudia fœminarum, multorum verborum & luxuriosorum, meretrices & fœminas inhonestas, quæ tangunt alios præter meritum.

Octava,

Octava, mortem parentum aut ſororum, hereditates mortuorum, multa verba, mortem ſervorum in regione exotica.

Nona, proficuum in via, multum ſenſus, hominem magis amantem lætitiam & hilaritatem, quàm preces & cultum divinum, ſomnia, nova non multum valentia, bonum intellectum in ſuo magiſterio, ovantem, proceſſum & perturbationem pro Eccleſia.

Decima, lætitiam & proficuum in via de Domino, bonum Domino & officiis, ſed multum loquelæ antea dictæ.

Undecima, bonos amicos, proficuum de ſervis & beſtiis ac bonam fortunam, multum loquelæ, appetentes luxuriam & fornicationem.

Duodecima, loquacitatem, proficuum de beſtiis & ſervis, inimicos plenos litis, beſtias ſatis bonas.

Decimatertia, proficuum in via & itinere, proficuum à Dominis quibusdam.

Decimaquarta, bonam fortunam, proficuum in periculo.

Nota, quando invenitur hæc figura in prima domo, denotat hominem habentem parvulum corpus, & curtum collum, magnum caput, dentes malè ordinatos ſeu diſpoſitos, ſubtile ingenium.

XI. De Majore Fortuna.

Prima, cogitationes regum, thesauros, senes, hominem bonæ vitæ, bonam fortunam, in re omni proficuum & honorem petitoris, statum diuturnum, bonam spem.

Secunda, divitias, lucrum & specialiter in bestiis, hominem divitem, bene fortunatum, omnium acquisitionem, gaudium, sensum acquirendi.

Tertia, bonum iter, sed aliquantulum tardum, bonum fratrem, bonos & divites parentes, bonum somnium, bona nova, lætitiam, proficuum.

Major fortuna denotat in domo.

Quarta, bonum patrimonium, acquisitionem hæreditatum magnorum Dominorum, thesauros in terra absconditos, bonam domum, magnum commodum in omni re firma, bonum finem, bonum patrem & matrem.

Quinta, bonos liberos, bona nuntia, bonas literas, bonum amorem cum uxore, securitatem cordis, mutationem & honores.

Sexta, longum morbum & dolorem, bonas bestias, servos bonos, fideles & stabiles.

Septima, bonas nuptias, bonam fœminam & castam ac prudentem, magnas divitias, victorem inimicorum suorum tam in processu legali quàm in prælijs,

præliis, fortes inimicos & ſtabiles bonum in mercantia, inventionem ſui deſiderii in regionibus exoticis congregationem hominum & fœminarum.

Octava, divites inimicos, divitias à mortuis, proficuum in regione aliena; ubi nota, quod figura hæc eſt bona, ſed domus eſt peſſima.

Nona, itinera bona, ſi modò non ſint tarda, bona ſomnia.

Decima, bonum judicium, bonam ſententiam in loco, ubi reduplicatur, reges pacificos regnumque pacificum, firmum ſtatum Dominorum, acquiſitionem petitionis, præmium & honorem durabilem à Dominis.

Undecima, bonam fortunam, nobiles & fideles amicos, proficuum in mercantia, bonam ſpem divitiarum à Rege & Principe, gaudium & lætitiam.

Duodecima, equos, bonas beſtias & utiles, longam & periculoſam incarcecerationem, periculoſum morbum, longa debita, & longas tribulationes, fortes inimicos, malum pro itinere.

Decimatertia, bonum iter & utile, acquiſitionem à Rege, abſentiam, felicitatem in divitiis & lætitia.

Decimaquarta, liberationem à morbis, exitum à carcere & debitis, bonam fortunam, ſubitaneas divitias abſenti,

senti, bonam societatem, bonos amicos, securitatem in spe.

Decimaquinta, bonum judicium, bonum finem, bonum eventum pro lætitiis; & si sit de bonis testimoniis, dabit petitori securitatem in omnibus bonis, & testatur bonum in loco, ubi duplicatur.

Nota, quando Major est in prima domo, significat senem, mercatorem pannorum preciosorum, affabilem, mediocris staturæ, bene vestitum, bonos capillos.

XII. *De Minori fortuna.*

Minor fortuna denotat in domo

Prima, bonitatem, bonum iter ad Principes & Dominos, hominem divitem & fortunatum, item Regem, Principem, Ducem, hominem magnæ autoritatis, scientiam, bonas bestias, bonam uxorem & humilem.

Secunda, acquisitionem domus à Domino aut viro magno, & quidem sine labore.

Tertia, bonos fratres, ac divitias & proficuum ab iis, bonos vicinos, bonam scientiam, ac bonam fidem, bona itinera, & præcipuè per mare, bonam fœminam.

Quarta, thesauros regum aut magnatum, bona itinera ad parentes, nobilem hereditatem, & hereditatum acquisitionem.

Quinta, bonos liberos, bona nova, bonum iter verſus liberos, gaudium & ſolatium, itinera utilia, jucunditates & delitias nobilium.

Sexta, morbos regum & principum, injuriasque ipſorum ab aliis Dominis, item victum ab iis, timorem perdendæ dominationis ſuæ aut regni, ſervos ſuperbos.

Septima, bonam fœminam, pulchram & divitem, ſed dubium erit, ne ſtulto amore perdatur; homicidium à magno homine perpetratum; filio denotat nobilitatem matrimonii & bona itinera.

Octava, mortem regum, aut timorem regum, ita ut ille, qui quæſtionem facit, timeat eos, timorem ſenſus perdendi; & ſi Rubeus in ſeptima domo reperiatur, mortem per effuſionem ſanguinis; non bonum egredi è patria vel iter facere, timenda enim eſt incarceratio aut mors violenta.

Nona, bonum iter, bonam affinitatem regum aut prælatorum ad gratiam obtinendam, hominem fidelem, bonæ fidei Deumque timentem.

Decima, bonum Regem & regnantem bonis virtutibus ac victoria, bonum ad migrationem per mare & itinera facienda, acquiſitionem rei à Principe aut Rege, acquiſitionem proficui amore judicis, lucrum & honorem.

Unde-

Undecima, bonam spem, bonos amicos, bonam fortunam, bonam societatem, proficuum in bestiis & servis.

Duodecima, bonas bestias, egressum è carcere, paupertatem petitoris, & pro illa; ubi duplicatur, ac præcipue in decima domo, denotat regi amissionem regni aut per se aut per liberos suos.

Decimatertia, proficuum in via, & acquisitionem petitionis à Domino aliquo.

Decimaquarta, longam vitam, bonam fortunam, proficuum in re, de qua sperat.

Decimaquinta, bonum eventum in omnibus rebus bonis, bonum finem, bonam societatem, honorem ac gloriam.

Nota, Minor in prima domo, significat Regem aut Reginam, hominem pulchrum & animosum, vestitum rubro, qui volet sæpe peregrinari, tegiturque auro.

XIII. De Populo.

Populus denotat in re omni multitudinem & duidem in domo

Prima, multitudinem cogitationum aquæ, itinerum, populorum & gentium.

Secnnda, cum bonis multitudinem fortunæ, divitiarum; cum malis multitudinem inconvenientiæ.

Tertia, multitudinem parentum, vicinorum, itinerum parvulorum tam bonorum quàm malorum ſecundum naturam figurarum.

Quarta, multitudinem aquarum, laborum pro hereditate, fructuum ſecundum figuras.

Quinta, multitudinem liberorum, literarum & nuntiorum, lætitiæ aut doloris, oſculorum, & amplexuum, congregationis populorum pro delitiis & gaudiis, fructuum, ſecundum figuras, & ſic in cæteris ſecundum figuras.

Sexta, multitudinem beſtiarum, ſervorum, ægritudinum, injuriarum & cætera ſecundum figuras.

Septima, multitudinem populorum congregatorum, fœminarum, inimicorum, injuriarum aut dolorum ſecundum naturam figurarum.

Octava, multitudinem populorum congregatorum pro morte aut pro multitudine bonorum aut malorum, ſecundum bonitatem aut malitiam figurarum.

Nona,

Nona, multitudinem itinerum, somniorum, scientiarum, populorum in via, mutationum.

Decima, multitudinem inimicorum, regum, gentium ante judices, doctrinarum, congregationem pro bono, aut pro malo, secundum figuras.

Undecima, multitudinem amicorum, bonæ fortunæ, bestiarum, servorum, liberorum, aut inconvenientiarum, secundum naturam figurarum, quæ in vicinia fuerint repertæ.

Duodecima, multitudinem inimicorum, inconvenientiæ, gravis incarcerationis, lachrymarum, debitorum, bestiarum, servorum.

Decima tertia, multitudinem proficui illi, qui ad Magnatum aliquem vadit, damni, mutationis, & similium.

Decimaquarta, multitudinem populorum congregatorum, aut pro bono, aut pro malo, secundum figuras illi vicinas.

Decimaquinta, multitudinem boni aut mali petitori, congregationis populorum pro bono, aut pro malo, secundum figuras, ex quibus provenit, namque si veniat ex bonis figuris, multum boni denotat, si ex malis, contrarium.

Nota, quod hæc figura in prima domo inventa, significat mercatorem diversarum rerum per rura transeuntem.

XIV. De Via.

Via denotat in domo

Prima, bonum iter, parum proficui, cogitationes parvorum fructuum.
Secunda, damnum, aut lucrum, secundum vicinas figuras.
Tertia, fratres, vicinos, aquam, bonum iter, levia negotia, itinera pro fratre aut cognatis, comparationem divitiarum.
Quarta, parentes, labores, terras, occultationem rerum maculatarum, finem rerum, paupertatem, pauperes parentes, pauperes hereditates.
Quinta, literas, nuntios, parvi momenti, parvos fructus, pauperem habitum, pauperes infantes, parum lætitiæ.
Sexta, pauperes bestias, malam fortunam, servos instabiles, subitaneum morbi incrementum, liberationem à morbo, infortunium bestiarum.
Septima, latrones, pauperes fœminas, parum sensus, pauperes inimicos ac debiles, meretricem, mortem latronum.
Octava, paupertatem in aliena terra, damnum hereditatum à morte provenientium.
Nona, mutationem literarum, nuncios parvæ scientiæ, bonum iter, beneficium Ecclesiæ, paucitatem lucri & proficui.

Deci-

Decima, parvula officia, parum lucri à Dominis & fœminis nobilibus, judicem lenem, parum ſapientiæ, damnum alicujus rei.

Undecima, pauperes amicos, parvulam fortunam, parum proficui, dona mercantiæ & lætitiæ literas.

Duodecima, beſtias inutiles, pauperes amicos, egreſſum levem è carcere, liberationem à debitis aut à miſeria, & nonnunquam mortem in carcere, ſecundum bonas aut malas figuras vicinas, & ex quibus generatur.

Decimatertia, proficuum itinerum & mutationum.

Decimaquarta, damnum & egreſſum ex aliqua re, ſecundum figuras bonas vel malas.

Decimaquinta, viam, bonum exitum, ſecundum figuras, ex quibus venit.

Nota, quod quando via reperitur in prima domo, ſignificat hominem mutabilem, falſum, & pauperem.

XV. De Conjunctione.

Conjunctio denotat in domo

Prima, in homine ſenſum, bonam loquelam & eloquentiam, ſubtilitatem, artem & bonitatem, & ſi jungatur cum bonis figuris, bonitatem cordis & amicorum.

Secunda, acquiſitionem bonæ fortunæ, proficuum in mercantia.

Tertia, bonum ſenſum cognatorum, congregationem parentum & vicinorum.

Quarta, bonam vitam, bonum finem, bonum amicum, proficuum hereditatum & in proceſſu legali, literas pro hereditate.

Quinta, literas, nuntios, congregationem bonorum.

Sexta, longum morbum, malos ſervos & latrones.

Septima, nuptias, bonam congregationem, latrones & inimicos ſubtiles ac eloquentes, ſive ſit in lite, ſive in prælio.

Octava, congregationem ad dividendam rem mortuorum.

Nona, ſcientiam, malam viam, latrones in via, ſcientiam & eloquentiam in Clericis & hominibus Eccleſiaſticis.

Decima, ſervitium Dominorum, Regum, & proficuum in magiſterio ſeu profeſſionem.

Undecima, bonam fortunam, congregagationem omnium rerum, conjunctionem amorum.

Duodecima, carceres, malam viam, malam congregationem hominum & malam vitam.

Decimatertia, bonum & proficuum de ſuo Domino.

Decimaquarta, multum fortunæ pro amore, multum fortunæ & laboris.

Decima-

Decimaquinta, bonam fortunam in bonis, & in malis malam, secundum figuras.

Nota, quando hæc figura reperitur in prima domo, significat hominem prudentem, scribam, aut occupatum in officio pecuniarum, corpus mediocre, tam cito fortunas suas consumentem quàm acquirentem in artibus liberalibus, & sic in cæteris.

XVI. De Carcere.

Carcer denotat in domo

Prima, damnum & incarcerationem hominum, timidum, tristem, tristiam cordis, secretas cogitationes, impedimentum itineris peregrini.

Secunda, asservationem rerum omnium secretarum, & cogitationes amore pecuniæ.

Tertia, amorem parentum & proficui, amorem Dei, impedimentum & retardationem itineris, fratres & vicinos avaros.

Quarta, hereditates, thesauros absconditos, domus subterraneas, locum occultum & obscurum, bonas hereditates.

Quinta, paucos liberos, fœminam gravidam, scriptiones literarum & nuntios, homines rudes, crudos cibos, sordida vestimenta, traditorios amores.

Sexta, morbum in carcere, fœminam gravidam, servúm inutilem, malum hominem & fœminam, mortem aut longum morbum, morbum in loco secreto hominis, bruta mala & inutilia.

Septima, accidentia, malam societatem, adulterium & fornicationem secretam fœminæ alterius, inimicos occultos, latronem vilem, qui capitur in suo latrocinio, naves euntes super aquam.

Octava, mortem, hereditatem mortuorum, malum proficuum in terra aliena, timorem mortis.

Nona, viam seu iter ex patria, mortem, literas, & scientias secretas, vias secretas, impedimenta in via, tristitiam in Ecclesia, somnia tristia & periculosa, bonum sensum.

Decima, bonam fortunam, fortitudinem dominii, judicem tristem, sententias secretas, officia inhonesta.

Undecima, proficuũ amicorum, parum proficui Dominorum, proficuum in mercantia per itinera, congregationem bonorum regum.

Duodecima, carceres, debita, sepulchra, bestias malas, morbum incurabilem, incarcerationem longam & debita longa, inimicos occultos, sed natura sua timidos.

Decimatertia, proficuum itinerum, fra-

tru[m]

trum & amicorum, congregationem bonorum, cogitationes tristes & secretas.

Decimaquarta, diversas cogitationes, incarcerationes cum tristitia & dolore ac labore, debita & obligationes, hæcque præcipue, quando non est de bonis parentibus.

Decimaquinta, multitudinem ignis & destructionum.

Nota, quando hæc figura est in prima domo, significat hominem nigrum, grosso capite, capillis crispis, & frequenter fabros lignarios, aut aliter in lignis operantes.

Regula generalis.

Notandum est per quamlibet domum promitti bonum aut malum, proficuum aut damnum, secundum naturam figurarum, quibus conjungitur figura cujusque domus, aut à quibus generatur.

CAP. IV.

De significatione 16. figurarum, quando se duplicant in quæstione, hoc est, quando similes figuræ in diversis domibus reperiuntur, ut duæ viæ, duo populi, &c.

Figura in prima domo inventa seu existens, significat, *quando se duplicat in domo*

Secunda, locum, & præcipue, si fuerit fortunata fixa, si contraria contrarium indicat; id quod observandum est etiam per omnes cæteras domus.

Tertia, rem bonam inter cognatum, fratres aut parentes, sorores aut vicinos.

Quarta, malam mutationem sed tamen non ultra modum, nisi sit Cauda Draconis.

Quinta, lætitiam, socios bibaces & edaces, nova vestimenta, Musicam, melodiam, rem antiquam, bonum ad animi sententiam, ita ut ne voto quidem melius sese habere res posset, nisi sit Cauda Draconis.

Sexta, morbum, tribulationem, timorem.

Septima, res timidas gratiâ exercitus aut fœminæ malæ, omnéque bonum, nisi Cauda aut Via ibi existant, quæ denotant in hac domo omne malum, nisi quæstio sit facta pro congregatione,

tione, vel nuptiis & inimicis, nam aliter periculum ostendunt.

Octava, malum, magnam iram, aut mortem aut contusionem, damnum, verba injuriosa, tribulationes malas; sed si bona sit figura, significat acquisitionem hereditatum mortuorum.

Nona, aliquod bonum, mutationem firmam & stabilem ad acquirendam rem aliquam pro alio, ac tractandum aliquod negotium religiosum aut Ecclesiæ, aut cum gentibus seu hominibus Ecclesiasticis, aut cum nuntiis, aut iis, qui de peregrinatione redeunt, nisi Cauda & Rubeus sint in quæstione facta pro itinere.

Decima, totum bonum, ita ut res sese melius habere non possit, & maxime pro honore & dignitate acquirenda, nisi adsit Cauda & Rubeus.

Undecima, bonum, ita ut non sit melior in quæstione; nam significat spem, bonum amicum, modo ut sit Major, Via, vel acquisitio.

Duodecima, petitorem deventurum in quandam tribulationem, aut morbum gravem, aut damnum alicujus rei, aut detrimentum ex inimicis: neque potest sese res pejus habere, quam si sit Cauda.

Figura existens in domo secunda ſignificat, *quando duplicat ſe in domo*

Tertia, lucrum à parentibus, videlicet fratribus, ſororibus aut vicinis, ſi bonæ ſint figuræ, ſi verò malæ, contrarium.

Quarta, quod petitor cogitat lucrari de patre ſuo, aut de magno aliquo Domino, ſi bona eſt figura; ſin mala, malum.

Quinta, quod petitor cogitat de lucrando victu, aut pannis, aut de nuntiis, qui venient ei cum literis, aut de damno per ignem.

Sexta, morbum futurum familiæ, aut aliquod damnum, aut pavorem, aut magnam tribulationem, aut morbum, aut aliquam rem malam.

Septima, nuptias, damnum à fœmina, magnam inimicitiam pro petitore, aut latrocinium, aut cogitationes fœminarum per concupiſcentiam, ſeu luxuriam, aut rixas, verba minacia, mutationem de loco in locum.

Octava, reditum abſentis, aut alicujus alterius ex familia.

Nona, luctum petitori, religioſum aut Eccleſiaſticum, aut presbyterum, aut rem aliam ſimilem.

Decima, artes Negromanticas, aut quod petitor ibit pro conciliando amore alicujus fœminæ, aut Domini, aut magnam Majeſtatem, aut ſcientias ſecundum figuras bonas aut malas.

Unde-

Undecima, fortunam in illa domo, aut in familia, aut per familiam, aut per lucrum, aut amicos, aut mercantiam; nam hæc est vis & potestas totius quæstionis.

Duodecima, incarcerationem alicujus ex familia, aut gravem morbum, gravem molestationem, aut destructionem illius à familia, quam tu lucratus es, magna accidentia, aut tribulationem & angorem futurum.

Figura tertia domus significat, duplicans sese in domo

Quarta, fratres, sorores, sodales, vicinos, nuntios ad petitorem, lucrum pro iis qui petunt, aut damnum, secundum naturam figurarum.

Quinta, gaudium, lætitiam, nova velocia de amicis, literas & nuntios.

Sexta, tribulationem, morbos, timorem aliquem, damnum per servum, aut machinam, aut inimicos malos.

Septima, jurgia, mutationem de loco, & quod odium & discordia erit inter fratrem & sororem, iram petitoris, nuptias, &c.

Octava, mortem aut periculum temporis præteriti, cogitationem de fœmina, aut de suis inimicis, aut pavorem, & lucrum futurum ex cogitationibus malis.

Nona, occasionem Clericorum, magna itinera facienda, beneficia Ecclesiæ, magnum aliquem prælatum aut honorem.

Decima,

Decima, quod fratres & sorores pervenient ad aliquas artes, aut magnas nuptias, aut magnam dominationem, aut quod debeant fieri magni prælati, aut ad honorem exaltari.

Undecima, fortunam aut bonum favorem alicujus.

Duodecima, incarcerationem, longum morbum, occupationem aut ingressum in tribulationem, ex qua non facilis erit exitus.

Figura in quarta domo existens significat, *quando duplicat sese in domo*

Quinta, quod pater gaudebit cum filiis, aut quod avunculus, aut cognatus, aut aliquis amicus, aut pater lucraturus sit per liberos suos.

Sexta, quod pater brevi in morbum incidet, aut quod labetur in magnum laborem in domo sua, aut in oppido ubi habitat.

Septima, nuptias aut inimicos, aut luxuriam, aut mutationem de statu, aut mutationem terræ.

Octava, mortalitatem ingressuram in terram & hereditatem petitoris, aut aliquam tribulationem, aut, si extra patriam est, reditum.

Nona, mortem presbyterorum aut damnum eorum in Ecclesia.

Decima, honorem petitoris, lucrum, divitias & honorem.

Undecima, petitorem esse fortunatum in re aliqua, & proficuum in re, ita, ut

subito

subitò in ea proficiet, & quidem per aliquem amicum suum, aut aliquis ex amicis petitoris dabit literas habitantibus in domo ejus, quæ afferent petitori multum proficui.

Duodecima, longam angorem & tristitiam, morbum, invidiam, proditionem terræ alicujus Domini, aut alicujus de sanguine ejus, sed si figura sit bona, non tantum nocebit.

Figura quinta domus significat, quando se dupilcat in domo

Sexta, morbum per contusionem aut corrosionem, aut hujusmodi aliis viis, aut nova de liberis, comprehensionem aliquarum bestiarum parvularum.

Septima, congregationem pro nuptiis aut mercantia, gaudium amicorum, fortunam pro fœminis & infantibus.

Octava, mortalitatem, & periculum alicujus mali venturi, reditum absentis, & literas gaudii, lucrum aut literas.

Nona, filium petitoris futurum esse Clericum aut Presbyterum de Ecclesia aut religiosum, aut quod faciet magnam viam & longam, aut habebit magnum gaudium per honorem Ecclesiæ, hoc est, per hominem Ecclesiæ.

Decima, quod filius habebit dominationem, & quod mater & soror gaudebunt aut invenient gaudium, aut aliquam assistentiam de honore, aut

lucrum de Domino, aut prælaturam, aut quod erit judex aut Magiſter.

Undecima, quod filius habebit dominium aut fortunam ſuper inimicos ſuos, aut in mercantia aut in re ſimili aut nuntiis, aut quod amici ejus gaudebunt de liberis.

Duodecima, morbum, incarcerationem, magnos inimicos infantibus, aut aliquod damnum pro petitore, aut peregrini gaudebunt.

Figura ſextæ domus ſignificat, *quando duplicat ſeſe in domo*

Septima, morbum, & quod ſervus, aut fœmina petitoris aut ſodalis ejus ſubito iraſcentur, & venient inter inimicos, aut quod petitor & fœmina ejus cadent in manus latronum, aut infamiam, quæ pro poſſe tamen effugient.

Octava, quod ſervi, aut beſtiæ petitoris cadent in periculum aut tribulationem, dolorem aut triſtitiam, & quod verberabitur, aut perdet aliquam rem, & abſens erit in ſocietate inimicorum domus, aut fœmina petitoris erit familiaris cum aliquo alio.

Nona, quod ſervus aut beſtiæ petitoris facient viam fortunatam, quod morbi accident Clericis, aut impedient exaltationem, aut ſervi ſocietatem Clericorum habebunt, & præcipue ſi ſint bonæ & fortunatæ figuræ, ut Acquiſitio & Major.

Decima,

Decima, quod, qui manebunt in loco, de quo quæstio est facta, erunt ægroti aut oppressi ab aliquo Domino.

Undecima, fortunam, & quod invidebunt ei inimici.

Duodecima, morbum bestiarum, aut quod ipse petitor cadet in morbum aut occupabit carceres & damnum habebit aut per bestias inutiles aut per longum iter.

Figura septima domus significat, quando duplicant se in domo

Octava, mortem fœminarum, & inimicorum, omniumque illarum rerum, quæ pertinent ad septimam domum, videlicet mercantiam perditam, &c.

Nona, sodalem petitoris reversurum in patriam, & quod Clerici erunt inimici petitori, ac quod fœmina ejus ingredietur in religionem aut in longam viam.

Decima, honores iis, qui repræsentantur in septima domo, & quod servus petitoris erit familiaris fœminæ ejus, aut ejus inimicis.

Undecima, quod amicus statim erit inimicus, & quod aliquis statim erit amicus petitori, quod in aliqua re lucrabitur, & tamen aliquid damni habebit ab amico suo.

Duodecima, occupationem magnarum bestiarum, & quod in gravem ac longum morbum incidet, aut incarcerationem, aut longum iter, aut paupertatē, aut quod literæ aliquæ afferent ei

damnum brevi tempore, quæ debent ad probationem bene & ſecreto ſervari.

Figuræ octavæ domus ſignificat, *quando duplicat ſe in domo*

Nona, quod judex inimicorum aut fœminæ aut amici petitoris perveniet ad magnam exaltationem in Eccleſia, aut abſens erit in via, aut mors alicui minatur.

Decima, damnum pro petitore, aut mortem Domini, aut defectum in bona voluntate, aut impedimentum alicujus rei, aut abſentiam alicujus Domini.

Undecima, mortem petitoris, aut quod comparabit rem aliquam, aut hereditatem mortui, aut quod abſens acquiret amicos, aut quod amici compeſcent odium petitoris.

Duodecima, inimicos ſecreto s petitors, qui laborant fortiter eum gravare, aut quod abſens ſit incarceratus aut ægrotus, aut quod incarceratus morietur.

Figura nonæ domus ſignificat, *quando ſe duplicat in domo*

Decima, quod amici fient presbyteri, aut Clerici, aut quod petitor ſubito uxorem ducet, aut quod nuntii veniant ab aliquo loco, aut à matre petitoris.

Undecima, viam fœminarum, aut quod Clericus erit amicus tibi, aut quod tua fortuna erit in Eccleſia, aut quod habebis poſſeſſionem in ordine Eccleſiæ.

Duo-

Duodecima, tristitiam viæ petitori, aut quod habebit malum ab equo suo, aut quod incarcerabunt Clericos, & est locus malus petitori.

Figura domus decimæ significat, quando duplicat sese in domo

Undecima, domum aut locum alicujus Domini, complementum suæ fortunæ & spei, aut quod amicus Domino cuidam magno fiet, per quem erit fortunatus.

Duodecima, quod petitor erit brevi in tribulatione magna aut morbo, aut incarcerabitur, aut quod inimicus ejus erit factus prebyter, & quod petitor habebit magnum damnum alicujus rei ex parte bestiarum.

Figura existens in domo undecima significat, quando sese duplicat in domo duodecima, carcerem, odium inimicorum, rem similem, aut per hanc duplicationem erit quæstio fortunata petitori.

Regula.

Secundum naturam figuræ fit rei promissio, aut brevior aut longior, & prima figura est de levi elemento, videlicet de igne, quæ si reperietur in quarta itidem domo, infortunium denotat & longitudinem; nam quarta domus significat effectum tardum omnium rerum.

CAP. V.

De testimoniis, hoc est, de scuti Geomantici figura decima tertia & decimaquarta, ex quibus judex seu figura decimaquinta provenit, in quibus tribus figuris totum judicium consistit.

Populus existens judex significat, conflatus ex duobus

Minoribus, congregationem exercitus regis, principis, aut potentis Domini, aut magnam congregationem fœminarum.

Majoribus, rem Regis aut magni Domini aut Equitis, omnemque etiam personam existentem in lege aut justitia, homines scientiæ, congregationem magnarum fœminarum.

Tristitiis, congregationem hominum Melancholicorum, res obscuras, nigras, & ponderosas, res mortuas, tristitiam cordis.

Lætitiis, congregationem Prælatorum & de Ecclesia, hominum consilia magnæ prosperitatis & scientiæ ac sanctitatis, qui habent lætitiam mundi. Similiter homines magnæ perfectionis.

Acquisitionibus, lucrum hominibus, qui amant rationem, complementum mercantiæ, judicium veritatis & omnium bonorum.

Amissio-

Amissionibus, mutationem de suo proprio loco & domo ac terra in locum alienum.

Caudis, multitudinem & congregationem omnium malorum, videlicet latronum, assassinatorum, deceptorum, & falsorum hominum, ac omne malum & interruptionem in itinere.

Capitibus, correctionem & congregationem consilii secreti, res occultas, orationes & congregationes religiosas in uno loco, nuptias, conjunctionem sodalium.

Pueris, congregationem infantum & parvulorum hominum ac fœminarum propter amorem, congregationem propter luxuriam & epulas pro solatio & gaudiis virorum ac fœminarum, instrumenta cantus & Musices, congregationem servorum, pro nuptiis & similibus.

Puellis, servos, multitudinem loquelæ vanæ, luxuriosæ, servorum, culpæ hominum, fœminarum & meretricum, traditionem in familia, inhonestatem, mendaces viros & fœminas, in luxuria ebrios, fornicatores, Sodomitas.

Rubeis, sanguinem dispersum, & quidem in prœlio, si provenient ex malis figuris, si ex bonis in melius accipitur illa sanguinis effusio.

Albis, res albas, libros ſcriptus, literas argenteas, proficuum, & accordationem multitudinum.

Viis, canales, pluviam, multitudinem pauperum, viam & iter parvularum beſtiarum, rem levem, inſtabilem & parvi momenti.

Conjunctionibus, rem diverſorum colorum, ſcripturam, nuptias, unguenta, ſive res pingues, querelas, mortem, ſepulchra, falſitatem & verba mutabilia.

Carceribus, congregationem navium, fœminarum gravidarum, carceres, foſſas profundas, verba ſuper ſepulchra, res obſcuras & abſconditas.

Via, quando eſt judex, ſignificat, *proveniens ex*

Populo & via, nuptias, accidentia ſed bona & fidelia, peregrinationes, vias ſubitaneas, pluvias, aquas, gaudium & conſolationem, malum pro promiſſione Dominorum & rerum firmarum ac ſtabilium, malas nuptias, legatos & nuntios ſubitaneos.

Amiſſione & Acquiſitione, ſæpius ire & redire ac præcipue in mercantia ſine lucro & damno, & eſt leve judicium, ac denotat in omni re pacem, ſed malam mutationem de loco.

Cauda & Triſtitia, paupertatem, damnum, malitiam pro itinere & pro acquiſitione rei deſideratæ, bonum pro illo, qui debet venire ex patria, magnum

num exitum in mercantia, viam parvuli proficui; bonos ventos in mari, malum ad recipienda debita.

Majore & minore, bonum reditum absentis, inventionem hominis perditi, bonum pro magnis bestiis, periculosum pro nuptiis, libertatem à carcere, signum confusionis & damni iter facientibus.

Albo & Puella, itinera per terram, bonum pro reditu absentis, legatos, societatem redituri post ejus reditum.

Capite Drac. & Lætitia, dignitates, honores, stabile iter, subitaneam & bonam fortunam coram judicibus, complementum promissorum Regum & Dominorum, complementum desiderii sui.

Conjunctione & Carcere, bonas nuptias, bonam fortunam, bonam sodalitatem, malum pro itinere & mutatione, carcerem post libertatem, morbum post sanitatem, tristitiam post triumphum.

Acquisitione & Amissione, bonum iter, expensas, lucrum in mercantia, bonam societatem, bonas nuptias, bonos honores.

Carcere & conjunctione, herbas, plantas, oppositionem contra inimicos, sed quod petitio proveniet secundum petitionem petitores.

Via & Populo, itinera, nuptias faciendas, bonum ad obtinendum promissum Regis vel Domini.

Tristitia & Cauda Drac. bonum exitum ex miseria & paupertate, viam honoris subitaneam, firmitatem rei petitæ bonum pro illo, qui sperat rem aliquam, sed tamen res optata tarde proveniet, Melancholiam & iracundiam.

Minore & Majore, bonum iter & nuptias, destructionem Curiæ Regiæ, bonum ad ascendendum in honorem, altitudinem, rem, quæ erit damnum alterius.

Puella & albo, bonum ad incipiendum rem omnem, mutationem de meliore ad melius, & præsertim in re petita, meliorque erit pro fœmina, quàm pro aliqua re alia, acquisitionem, sed retardationem itineris.

Lætitia & capite Draconis, bestias, impedimentum itineris, bonum potentiæ Regis, aut judicis, aut sapientis hominis, rem secretam, bonum pro inimicis, post victoriam tribulationem & oppositionem.

Rubeo & Puero, bonas fortificationes, bonas dignitates, consolationem, securitatem, victoriam, congregationem bestiarum.

Carcer, quando est judex, significat, proveniens ex

Conjunctione & Via, nuptias bonas, securitatem, bonam fortunam, anxietatem laboris, sed finem bonum, dolorem ægroti, periculum mortis, bonum pro acquisitione.

Capite & cauda, timorem in re omni, est enim signum corruptum & periculosum rebus omnibus, nec nullo modo utile, denotans lites, anxietates, pericula & interruptiones cujusque bonæ intentionis.

Acquisitione & Minore, disputationem, laborem longum & durabilem, sed finis erit bonus.

Minore & acquisitione, libros, literas, magna ædificia, cujusmodi sunt castella, & palatia regalia, falsam sodalitatem, consolationem, & thesauros, magnam hominum congregationem.

Carcere & Populo, omnes res fœmininas, labores, negotia contraria faciendis nuptiis, incarcerationem & morbum.

Acquisitione & Minore, nuptias puellarum magnosque labores in his nuptiis sed in fine bonum exitum & securitatem rerum omnium.

Puella & Rubeo, bonum pro societate, fossas & furnos in terra, acquisitionem quodammodo, sed retardat absentem.

Lætitia

Lætitia & Tristitia, dolorem, & tristitiam, difficultatem in rebus fœmineis & accipiendis servis, contrarium nuptiis, signum parvulorum hominum, malum pro infantibus & generatione, incarcerationem, retardationem absentis, & adversitatem in itinere.

Via & conjunctione, bonum pro viatore, viam bonam, bonum pro nuptiis, pro morbis, pro incarceratis, &, si modo conjungatur petitori rei petitæ, erit utilis in mercantia.

Cauda & capite, bonam fortunam in re omni, gaudium & lætitiam, complementum subitaneum petitionis.

Populo & carcere, libros, papyrum, colorem viridem, periculum in rebus terrestribus, verbi gratia, in mineris, incarceratis, campis, terra.

Majore & Amissione, acquisitionem proficui & securum, bonas nuptias & securitatem inter eas.

Rubeo & puella, nuptias infantum seu juniorum hominum ex quibus proficuum proveniet, longum iter, res terrestres, bonum pro mutatione & motu.

Amissione & majore, valde edaces, bonas nuptias, & acquisitionem in omni re bona, quod nuptiæ fient cum magna difficultate & labore; contraria est hæc figura incarceratis, denotatque rem amissam facile inveniendam esse.

Tristitia

Tristitia & Lætitia, magnum laborem in itinere & durum in nuptiis ac societate, impedit acquisitionem rei & detrimentum affert incarcerato.

Albo & puero, rem contra voluntatem petitoris, disputationem, perturbationem in via sed finem bonum.

Amissio cum est judex, significat proveniens ex

Amissione & Populo, damnum quod nunquam reparabitur, contrarium societati & nuptiis, sed bonum pro incarceratione & morbis, effusionem sanguinis.

Capite & Puella, fœminam & mutationem in damno, recuperationem rerum perditarum.

Via & acquisitione, eum, qui est extra patriam, esse reversurum, magnas expensas in mercantia, servos fugitivos, qui tamen revertentur.

Carcere & Majore, mineras & cavernas, colorem rubrum, multam diversitatem, damnum & injurias pro fœminis, damnum peregrinantibus, bonum pro terra juxta domum.

Cauda & Rubeo, multum mali, hominem malum, paucum sermonem, anxietatem de suo Domino, querelas & lites, sive vulnera & effusiones sanguinis, contraria est etiam incarceratis & morbis.

Minore & Conjunctione, securitatem factam per manum Regis aut judicis, damna

damna ex parvulis bestiis, quod tamen aliquo modo recuperabitur.

Tristitia & Albo, alba vestimenta, sanitatem in morbo, reditum absentis, bonam viam, bonam recuperationem rei perditæ, damnum bonorum.

Tristitia & Puero, damnum, traditionem, & pavorem, vilem personam repræsentantem legem, latrones qui mutant colores.

Populo & Amissione, vilem personam, damnum & postea utilitatem, bonum pro nuptiis.

Acquisitione & *Via*, viam, expensas in mercantia & rem omnem sine lucro, ac servos fugitivos.

Majore & carcere, rem de fœmina & acquisitione terræ, bonum pro itinere, bonum pro nuptiis, & utile in mercantia, ac societate inter virum & fœminam.

Puella & Capite, bonam fortunam, in re omni præstolationem damni & bonæ fortunæ, utilitatem & levitatem; veniet subito quando venire debet.

Rubeo & Cauda, timorem, tristitiam, angorem & quod debeat homo timere, ne incurrat aliquod dedecus per fœminam & bona sua, sed tamen finem bonum.

Conjunctione & minore, securitatem, honorem & gloriam, recuperationem rei perditæ, bonum lucrum & proficuum,

cuum, bonam fortunam & complementum desiderii.

Albo & Lætitia, magnum lucrum, victoriam, virtutem & complementum voluntatis, sanitatem ægroto, bonum pro absente, literas, nuntios.

Puero & Tristitia, senectutem, paupertatem, impedimentum rerum, pauperes homines, malos fratres, finis tamen erit bonus, nonnunquam etiam est signum quietis.

Acquisitio, cum est judex, significat, proveniens ex

Amissione & Via, damnum & defectum rei acquirendæ, qui tamen postea mutabitur in lucrum, reditum absentis ad lucrum, & salutem, impedimentum itineris, lucrum.

Via & amissione, salutem iter facienti & lucrum, bonam fortunam, divitias & receptionem literarum ac nuntios.

Carcere & minore, famam & honorem magni hominis, bonum pro petitore de Rege aut Domino, incrementum omnis lucri & receptionem debitorum.

Acquisitione & Populo, lucrum & proficuum, bonum pro itinere & peregrinantibus, bonum pro nuptiis & mercantia, quietem, lætitiam, habet judicium suum super familiam & bestias.

Majore & conjunctione, complementum promissi,

promiſſi, adjuvat receptionem mercantiæ, denotat bonam ſocietatem, lucrum, acquiſitionem, & lætitiam.

Minore & carcere, in homine firmitatem, & ſanum amorem, fidem promiſſorum, acquiſitionem terrarum continentium domus, & hujusmodi alia, eſtque ſignum potentis hominis, bonæque firmitatis in nuptiis.

Puella & Lætitia, acquiſitionem in mercantia, lucrum in tritico & beſtiis; damnum iis qui ſunt in locis remotis, ſed finis erit bonus.

Puero & Cauda, recuperationem rei perditæ, obtentionem promiſſi, lucrum & proficuum, res terreſtres ac mineras, argentum & divitias, graviter tamen afficit petitorem, nam eſt ſignum laboris, doloris, & timoris ſeu pavoris, ſed finis ſemper venit ad ſalutem.

Capite & Albo, honorem & ſecuritatem habere bona, victoriam ſuper inimicos, & proficuum ac lætitiam in re omni.

Triſtitia & Rubeo, multas res firmas, fœminas gravidas, liberationem & laborem ægroti ex morbis calidis, aut ſangninem, aut incantationem, bonum pro mercantiis, ſed valde infelix eſt figura pro incarceratis.

Populo & Acquiſitione, bonum pro mercantia, bonum finem, eſtque ſignum ſaluta-

ſalutare, bonum pro beſtiis, & in omni re utili.

Conjunctione & Majore, firmitatem rerum, ſed multum laborem in acquiſitione, bonum iter facienti & recuperationem debitorum.

Lætitia & puella, bonum lucrum, & præſertim in mercantia, acquiſitionem in re omni, & ſalutem ac quietem, bonum incarcerationis, & pro acquiſitione honoris ac exaltationis à Rege.

Cauda & puero, quod malum ſit habere promiſſum, nam prolongat res promiſſas, ac complet tamen eas in fine, & eſt ſignum tarditatis & pavoris, ſed omnia ſortiuntur bonum finem.

Albo & Capite, magnam lætitiam & potentiam in mercantia; bonum pro victoria, honore & gloria; acquiſitionem, gaudium & exaltationem ejus quod petitur.

Rubeo & Triſtitia, impedimentum ſecretorum, res ſecretas, magnas ſeu arduas cogitationes, res quoque duras & magni momenti ſeu graves, & quandoque bonum rerum exitum ſeu finem, nonnunquam ſignificat liberalitatem & eſt figura bona pro fœmina gravida ac ejus fructu.

Minor cum est judex significat, proveniens ex

Via & Majore, acquisitionem per manum Regis aut alicujus alterius hominis potentis, sapientis & magni, estque hæc figura utilis & bona pro acquisitione.

Minore & populo, acquisitionem subitaneam, bonam conversationem inter nobiles, nigras bestias, proficuum & lucrum in magisterio vel professione petitoris, fœminam pulchram, bonam & honestam.

Amissione & conjunctione, hominem sapientem aut, judicem, officiarium, aut Dominum, malam promissi observationem, malum pro infantibus & incarceratis, pro sodalitate corruptionem, damnum, conjunctionem fœminæ.

Carcere & acquisitione, acquisitionem à Rege aut Cardinale, complementum spei & desiderii, bonum fortunæ accidens, bonum pro nuptiis.

Puero & capite, acquisitionem & proficuum, sed quod debeat seipsum defendere, & evitare viles homines, veluti servos & tales qui mutãt colores.

Puella & tristitia, destructionem Regis illorum, qui habent magnam potentiam super gentes; promissum, quod non servabitur; malas literas & falsas.

Lætitia & Rubeo, rem petitam esse realem,

lem, pavorem in eo, qui petit, qui tamen nihilominus erit ſalvus & liber, ac honorem acquiret, magnumque proficuum.

Albo & Cauda, proficuum, & honorem à rege aut inſigni viro, qui habet aurum, argentum, & copiam aliorum metallorum & librorum ac veſtimentorum.

Majore & via, itinera ad Reges aut Dominos, magnosve homines, bonitatem & quietem, ac lætitiam, magnasque beſtias.

Populo & minore, mercantiam & multum proficui, congregationem magnorum virorum, res magnas, bonam fœminam, ſed quod non ſit bonum pro Rege, ac contrarium ei ſignificat, congregationem hominum armatorum.

Conjunctione & amiſſione, Regem aut perſonam in ſignis generoſitatis, lætitiam, fortunam, bonitatem, ad faciendas nuptias, itinera, obſervationem promiſſi, bonam ſpem incarcerato.

Triſtitia & Puella, diviſionem inter principes, Reges & magnates, lætitiam & bonam fortunam pro nuptiis, ſocietatem in itinere, obſervationem promiſſi, donum incarceratis, literas & victoriam infidelium.

Acquiſitione & carcere, acquiſitionē beſtiarum per manum Regis aut judicis,

judicium ac complementum illius rei de qua agitur, bonum pro libertate incarcerati, bonum pro ſocietate & nuptiis, ſepulturam ægroto.

Capite & puero, malam converſationem inter Reges, homines malæ conditionis, bonum pro acquiſitione divitiarum, infimæ conditionis homines, bonos & virtuoſos.

Rubeo & Lætitia, acquiſitionem rei petitæ poſt deſperationem, pavorem & triſtitiam, bonum rei finem. Conveniens eſt figura in ſecuritate, & bono exitu ſeu fine.

Cauda & Albo, exaltationem, acquiſitionem victoriæ ſuper inimicos, eſtque ſignum de manu Regis lætitiæ, conſolationis, boniqueproficui.

Major cum eſt judex ſignificat, *proveniens ex*

Populo & Majore, nuntios & legatos in bono, bonum pro reditu abſentis & beſtiarum præmium & proficuum, fortunam in nuptiis.

Via & Minore, nuntios literas portantes ſeu tabellarios, reditum abſentis, potentiam, victoriam, honorem, & gloriam, complementum promiſſi.

Albo & Triſtitia, reditum abſentis, malum regionibus, pannos virides, impedimenta nonnulla in rebus ſecretis, bonum tamen finem.

Capite & Rubeo, colorem rubrum, fœminam virginem, familiaritatem fœmina-

minarum gravidarum, recuperationem rei perditæ, & post desperationem complementum promissi, uti & post debitum tempus.

Carcere & Amissione, equos & res fœmininas, bonu nisi pro illo, qui est petitor, nam pro illo non est bonum, nisi quærat de promisso, denegat reditum absentis extra patriam.

Cauda & puella, justitiam & veritatem, reditum absentis, bonum pro nuptiis & societate, lucrum per equos.

Amissione & carcere, bestias, reditum absentis, recuperationem rei perditæ & desperatæ, impedit intentionem, est tamen res bona & secura.

Acquisitione & conjunctione, conjunctionem rei petitæ, acquisitionem & proficuum reditum absentis, sanitatem ægroto, retardationem omnis rei, sed bonum finem.

Minore & Via, adventum literarum cum labore, petitorem cito obtenturum petitionem suam.

Minore & Populo, iter, parvula animalia, pestem, firmitatem, situm juxta aquam, retardationem nuptiarum, estque signum fœlix denotans quidem labores, sed ita ut perveniant omnia ad salutem.

Tristitia & albo, reditum absentis, bonam fortunam, lucrum in bestiis & rebus fœmininis.

Rubeo & capite, fœminam menſtruoſam & rubram; lætitiam & bonitatem abſentis; nam promittit totum illud quod petit, impedit tamen petitorem in ſua perſona; & ſignificat etiam, quod bona & veſtimenta vendentur.

Puella & Cauda, firmitatem itineris, reſtaurationem boni, bonum pro nuptiis, ſed retardationem per malas loquelas.

Conjunctione & acquiſitione, lucrum & proficuum petitori, & rei petitæ, reditum abſentis, bonum pro fœmina gravida, tarditatem, ſed finem bonum, ſanitatem ægroto, receptionem præmii pro labore, negotia extranea.

Lætitia & puero, amorem, gaudium bonum pro abſente ex patria, proficuum, &c.

Conjunctio, cùm eſt judex ſignificat, ***proveniens ex***

Populo & conjunctione, annonæ caritatem & famem, litem & pavorem, damnum theſaurorum, bonum pro nuptiis.

Carcere & via, iter, multum bonitatis & ſalutis, literas, multitudinem hominum, acſecuritatem & amicitiam fœminarum, ac ſuper fœminas gravidas bonam deliberationem.

Conjunctione & populo, nuptias, bonum pro torneamentis, & pro itineribus, ac bonum pro multis rebus.

Majore

Majore & acquisitione, acquisitionem bestiarum & proficuum, propinquum lucrum, firmitatem in pluribus rebus, recuperationem rei perditæ, & complementum promissi post desperationem.

Capite & Tristitia, pavorem in re omni, destructionem cum suis amicis, est signum accipiendi auri, argenti, & consimilium rerum.

Puella & puero, congregationem & nuptias, amicitiam, damnum, præterquam in bestiis.

Via & carcere, magnum iter, conjunctionem rerum fœmininarum, thesauros, equos, bonum pro fœmina gravida, & pro congregatione.

Acquisitione & majore, iter pro rebus fœmineis, signum thesaurorum, congregationem equorum bonorum, gaudium pro fœminis gravidis, magnum iter, & nonnunquam retardationem & dolorem.

Amissione & Minore, præsumptionem, securitatem, victoriam, virtutem, dominium & honorem ex manu Regis, quietem, bonum pro nuptiis.

Puero & Puella, spem & amorem inter fratres ac sorores, bonum pro morbo, & ad recipiendum aurum, argentum, & hujusmodi alia.

Tristitia & Capite, complementum nūptiarum, pulchram fœminam, bonum pro reditu absentis, sed impedimentum & pavorem, cujus tamen finis erit bonus.

Rubeo & Albo, effusionem sanguinis & contentionem, colorem rubrum, evasionem à malo, reditum absentis & post tarditatem bonum finem.

Cauda & Lætitia, fortunam, hominem fœlicem & magnum, victoriam, utilitatem & gartiam, virtutem, promissum, & nonnunquam paupertatem.

Minore & Amissione, nuptias, lætitiam, bonam fortunam in re omni, reditum absentis.

Albo & Rubeo, reditum absentis & proficuum, diversos colores, lucrum, bonum pro omni re ambigua, aut de qua aliquis habet dubium.

Lætitia & Cauda, magnum hominem, bonam fortunam & amorem sed ægritudinem cordis, ita ut doleat, qui est sanus.

CAP.

C A P. VI.

De significatione 16. figurarum, quando multiplicant sese in quæstione.

Multiplicans sese in quæstione
- *Tristitia*, quæ est infortuniũ Saturni
  - *Significat*: Hominem inclinantem caput versus terram, cogitabundum, avarum; accelerationem rei desideratæ, item mortis vel sanitatis ægroto, nocumentum fœminæ gravidæ & fructus interitum; ac præcipuè quando est de quæstione, nocumentum incarcerato, submersionem navis in mari, præsertim si inveniatur in tertia aut nona domo, morbum si fuerit in undecima domo, firmitatem rei perditæ, reductionemque latronis.
  - *Manet malè* in omni domo, exceptâ quartâ, octavâ & duodecimâ.
  - *Habet*:
    - Exaltationem & casum in ♈.
    - Tantò majorem valorem, quando magis multiplicatur.

- *Carcer*, qui itidem est figura Saturni
  - *Significat*
    - Dominum tristem & clausam liberationem incarcerati, bonam viam peregrinatori concordiam seu reconciliationem inter inimicos.
  - *Manet* in nulla domo benè, præterquam in duodecima. Locus tamen ejus pessimus est sexta.
  - *Habet*
    - Exaltationem & casum eundem cum Tristitia cùm ambæ sint figuræ Saturni.
    - Colorem nigrum.

- *Multiplicans sese in quæstione*
  - *Acquisitio*, quæ est figura Jovis
    - *significat*
      - Acquisitionem, nocumentum incarcerato & ægroto, impedimentum itineris, restitutionem rei perditæ, & latrocinium seu furtum.
    - *Manet* valdè bene in domo prima, malè in domo septima & octava.
    - *Habet*
      - In domo undecima gaudium, in decimaquarta exaltationem, in decima casum.
      - Colorem ex rubedine & albedine mixtum.

Lætiti

Lætitia quę eſt figura Jovis

- *ſignificat*
  - Clamores, jurgia, & petitiones rerum, ac nonnunquam prælia & rixas inter hilaritatem, puta inter convivas & epulatores, imminutionem multitudinis, rem pretioſam petitori, oblectamentum petitori judicii & teſtimonii, exaltationem honoris ejus, curationem morbi.
- *Manet* bene in domibus omnibus, exceptis ſexta, octava & duodecima, eſtque tantò melior, quantò magis multiplicatur.
- *Habet*
  - Gaudium, exaltationem & caſum eundem cum acquiſitione.
  - Colorem medium inter albedinem & flavedinem.
- *Significat*
  - Damnum & effuſionem ſanguinis, ſuperflua negotia factu difficilia, gravitatem morbi, longam incarcerationem, ſed proficuum à rege

- *Multiplicans* sese in quæstione
  - *Rubeus*, qui est fortuna Martis
    - *significat* à rege petitori, destructionem latronis; Item, si amissio fuerit ejus comes, ignem, latrones, si verò major aut caput ipsum antecedit, spem aut rem rubram in bonam partem.
    - *Manet* valdè malè in domo quarta & septima (denotans videlicet, ibi sanguinis effusionem petitori) & in domo prima, siquidem ibi denotat petitori pavorem.
    - *Habet*
      - In domo sexta gaudium, in decima exaltationem, in decima quarta casum.
      - Rubedinem super nigredine, tantoque est melior, quanto magis multiplicatur.
  - *significat* Ululationem, mutationem, magnam difficultatem, fornicationem, delitias, luxuriosam, hilaritatem, pariendi maturitatem, fœminæ gravidæ, nocumentum navi in mari

Puella quę est infortuniũ Martis
- mari & nautis, impedimentum itineris per terram, rei submersionem, dementiam, delirium, & furorem, malum incarceratis.
- *Manet* bene in domo secunda & septima, sed nusquam alibi.
- *Habet*
  - Gaudium, exaltationem, & casum eundem cum Rubeo, cùm ambæ sint figuræ Martis.
  - Colorem rubeum, tantoque est melior, quanto magis multiplicatur.

Major, quę est fortuna Solis
- *significat*
  - Nocumentum ægroto, homines peregrinos, quadrupedes, liberationem è carcere, rèditum absentis extra patriam, arborum umbram, recuperationem furti.
- *Manet* bene in domo prima, quæ est domus nominis ejus; Malè in domo septima.
- *Habet* in domo nona gaudium, in prima exaltationem, in septima casum.

Multi-

- *Multiplicans* sese in quæstione
  - *significat*: Rixas & mala, nocumentum ægroto, mala & passiones viscerum causatas à magno calore, discordiam, invidiam, iram, furorem, defectum rei quæsitæ, quamvis, si non multiplicatur, adjuvet Reges & sit obediens petitori.
- *Minor* quę est infortuniũ Solis
  - *Manet* bene in domo octava, & in omnibus penè locis; Malè in domo secunda.
  - *Habet* Gaudium, Exaltationem, & Casum, ut Major, cùm ambæ sint figuræ Solis.
  - Confortatur per sextam domum ab ipsa in bono aut in malo.

- *Amissio* quæ est infortunium Veneris
  - *Multiplicans* sese in quæstione
    - *significat*: Damnum, mendacia, verba superflua, prælia, sutores, scribas, nocumentum peregrinantibus, aut divitias aliaque negotia petentibus, furti & rei perditæ amissionem, pacem & reconciliationem in bello, bonum in itinere marino, fumos & ventos in aëre.

Manet

Manet bene in domo octava; Malè in secunda.

Habet in domo quinta gaudium, in duodecima Exaltationem, in sexta Casum.

Puer qui est Fortuna Veneris

- *significat*: Quietem, animositatem, opinionem suspiciosam, violentiam, impedimenta negotiorum alterius per pavorem, multitudinem latronum & furum in via, malum iter facientibus, sanitatem ægroto, tarditatem incarcerato, utilitatem petitori.
- *Manet* bene in domo tertia; Malè in quinta.
- *Habet*:
  - Gaudium, exaltationem, & Casum, ut Amissio, cùm ambæ sint figuræ Veneris.
  - Colorem flavum.

Multi-

Multiplicans ſeſe in quæſtione

- *Albus*, qui eſt fortuna Mercurii
  - *Significat*
    - Rem diſſolutam & fru[illegible] ſtraneam, levitaten[illegible] nocumentum ægro[illegible] to, ſi ſequatur Rubeus, bonum, & li[illegible]berationem incarce[illegible]rato, nocumentum petitori.
  - *Manet* bene in domo quarta[illegible] Malè in prima.
  - *Habet*
    - In aſcendente Gaudium[illegible] in domo ſexta exalta[illegible]tationem, in duodecima caſum.
    - Colorem perfectè album, & flores viri[illegible]des.
- *Conjunctio* quæ
  - *ſignificat*
    - Equites, homines re[illegible]citantes per eloquentiam ſuam hiſtoria[illegible] in præſentia Regum[illegible] fabros lignarios, ſar[illegible]tores, victoriam, luctationes, malum incarceratis, impedimentum iter facientibus, proficuum iis qui conjurant in fraudem & proditionem[illegible] mortalitatem, nocumentum, & præſertim fœminæ gravidæ

eſ[illegible]

est fortuna Mercurii & media inter masculum & fœminam.

Manet bene in domo sexta & multis aliis; sed malè in octava & duodecima.

Habet Gaudium, Exaltationem & Casum, ut Albus, cùm ambæ sint figuræ Mercurii. Colorem album & nigrum.

Confortatur in bono aut malo per eam, quæ sexto loco ab ea distat.

ulti icans se in uæ- ione

Populus qui est fortuna Lunæ.

Significat Mutationem & prælium omni modo, res graves, malaque negotia, quamvis, cùm singularis est, significet salutem ægroto.

Manet bene in domo decima; Malè in quarta, quippe quæ est ejus oppositio.

Habet in domo tertia Gaudium, in secunda Exaltationem, in octava Casum.

Confortatur per domum sexto loco ab ipsa, sive à dextra, sive à sinistra distantem.

- *Via*, quæ eſt fortuna lunæ
  - *ſignificat*
    - Abſtinentiam, dilationem petitionis, fœminam corruptam, retardationem, quãvis ejus ſingularitas liberet à morbo,
  - *Manet* bene in domo quinta, malè in undecima, utpote, quæ eſt ejus oppoſitio.
  - *Habet* gaudium, exaltationem & cauſam, ut populus, cùm ambæ ſint figuræ lunæ.
  - *Confortatur* per quartam figuram ab ipſa.

- *Multiplicans* ſeſe in quæſtione
  - *Caput*, quod eſt Jovis & Veneris fortuna figuraque ſigni Virginis
    - *ſignificat*
      - Firma negotia, perfectionem petitionis petitori, confirmationem Edicti & Reſponſi regii, ſanitatem ægroto etiam in morbo diurno, certitudinem imprægnationis vel conceptionis.
    - *Manet* benè in domo ſexta, malè in duodecima.
    - *Habet*
      - Flavum colorem.
      - Aſſimilationem ſeu ſimilitudinem cum figura, quæ dicitur Major.

Multi-

Multiplicans sese in quæstione — *Cauda*, quæ est figura Martius & Saturni, signiq; Sagittarii —

Significat Negotia quæ aguntur ex potestare petitoris, mutationem viæ, fortunam Regi, petitori liberationem incarcerato, accelerationem sanitatis ægroto.

Manet bene in domo septima, nona, duodecima, decimaquarta, & malè in undecima & quarta.

Habet colorem rubrum, mixtum cum flavedine.

Cap. VII.

De forma & figura corporis similiterque de animi qualitatibus, quas figuræ Geomanticæ denotant in personis humanis.

Acuisitio denotat hominem ratione — *Animi seu morum* — Magnæ verecundiæ, tenacem, seu nihil alteri dantem, timidum in mercantia, amantem pulchras, albasque vestes.

- *Corporis*
  - Mediocris ſtaturæ, pulchræ faciei, parvi & ſtricti oris, ex parte anteriori parum ſubmiſſum, habentem parvulas aures, longum collum, multos capillos, magnos oculos, & verſus terram reſpicientes, dentes ex parte anteriori, cæteris uſq; ad medietatem majores, ſtrictos humeros, ornatum.
- *Fortunæ & conditionis*
  - Congregationẽ pecuniæ & divitiarum, in dignitate conſtitutum, veluti equitem, divitem, potentem.

Amiſſio denotat hominem ratione

- *Animi ſeu morum*
  - Cupidum honoris, ſimplicem, mendacem, facilem ad iram.
- *Corporis*
  - Nec magnum nimis, nec nimis parvum, curtum tamen, robuſtum, habentem longum collum, magnum caput, largos humeros, rotundam faciem, parvulum os, pulchros oculos, magnos pedes, multos capillos, & ut plurimum cicatricem aut fiſſuram.

Fortunæ

Fortunæ, egredientem de omnibus bonis, & de omnibus malis; Significat etiam sanguinem.

Lætitia denotat hominem ratione

- *Animi seu morum*: Intelligentem, bonorum morum veluti religiosum seu Ecclesiasticum, amantem vestimenta alba, veracem, amantem DEUM, præsumptuosum.
- *Corporis*: Honestè incedentem ac habentem verecundũ aspectum terramque respicientem, complectam staturam, magnos pedes, rotundam faciem, magnos oculos, largam frontem, capillos asperos, grossum collum, longum nasum, largas nares, duos dentes superiori loco.

Tristitia denotat hominem ratione

- *Animi seu morum*: Diu malitiam in pectore servantem ac sine lege viventem, mendacem, facilem ac pronum ad iram, non facilè ridentem.

Caput Draconis denotat hominem ratione

- *Corporis*: Habentem longum & macilentum corpus, fuſcum colorem, magnos dentes, longam & nigram faciem, formam fœdam, magnos pedes, ſignum in talo, capillos aſperos.
- *Animi ſeu morũ*: Caſtum, honeſtum, bonæ voluntatis.
- *Corporis*: Mediocris ſtaturæ, habentem pulchros oculos, pulchram & rotundam faciem, longum naſum, magnum os, magnos dentes, multos capillos; & ſignificat etiam domum, beſtias, ac res ſecretas.

Cauda Draconis denotat hominem ratione

- *Animi* malum.
- *Corporis*: Pulchriorem à parte poſteriore quàm anteriore, habentem longam faciem, larga mandibula, mentum & barbam acutam, longa & groſſa crura, longum ventrem, longum corpus & macilentum, longum naſum, magnum os, magnos dentes; ac in genere denotat etiam arma, falſam famam, iram, & litem.

Albus

Albus de-
[n]otat ho-
[m]inem
ratione

Animi seu morum

Amantem pacem, fidem & charitatem ac colorem album, verecundum, acquirentem ¦ amicos multos, sed paucos retinentem expendentem plura quàm lucratur.

Corporis

Grossum magis in parte superiori quàm inferiori, mediocris staturæ, habentem magnum caput, frontem sæpius sudantem, faciem rotundam, barbam satis prolixam, grossam cutem in facie, parvulos oculos, signum in oculo; ac significat etiam in genere libros, scripturas omnemque rem albam.

Rubeus denotat hominem ratione

Animi seu morum

Multum calidum, malorum verborum, excitatorem discordiæ.

Corporis

Habentem faciem asperam, trucem aspectum, rubrum aut brunum colorem, & sæpissimè grana seu pustulas rubras in facie, raros pilos in barba; vocem instar tonitru minacem.

Puer denotat hominem ratione
- *Animi seu morum*: Ferocem, facilem ad iram, libenter ornantem faciem suam, ejusque nitori studentem, item viros ac fœminas stultè amantes ac fornicationem appetentes.
- *Corporis*: Pulchrum, carnosum, satis fortem, mediocris staturæ, dulcem loquelam, & nonnunquam malam, habentem pulchros oculos, pulchra supercilia, longum collum, magnum caput, rotundam faciem, parvulum os, largos humeros.

Puella denotat hominem ratione
- *Animi seu morum*: Seminatorem discordiæ, & prælii concitatorem in omnibus gentibus qui si erit masculus, amabit fœminam, sin fœmina, amabit virum, item meretricem, &c.

Corporis

Corporis — Nec pinguem nimis nec nimis macilentum, habentem curtum corp9, & grossum, pulchram faciem, brunum aut rubrum colorem, & quidem sæpiùs magnum ruborem in facie, paucos pilos barbæ, parvulos oculos, dentes malè ordinatos.

Major denotat hominem ratione

Animi seu morum. — Beneficium, verecundum, honestum in verbis, amantem leges, morum levium, alta petentem, & quodamodò superbum, in expensis largũ, ac bona dispendentem.

Corporis — Macilentum, mediocris staturæ, habentem faciem rotundam, dentes subtiles, magnos oculos, pulchrum colorem, unum crus altero grossius, faciem vergentem ad flavedinem.

Vitæ seu conditionis. — Boni status & potentis instar generosi aut Domini, pulchri magisterii seu professionis.

Minor denotat hominē ratione

- *Animi seu morum.* — Audacem, superbum, amantem DEUM, verecundum, ac honestè incedentem, præsumptuosum, magnianimi, generosum.
- *Corporis* — Plenum carnis, mediocris magnitudinis & staturæ, habentem rotundam & albam faciem, magnum & longum nasum, oculos nigros ad terram conversos, pulchrum colorem, largam frontem, capillos grossos & asperos ac dispersos, grossum collum, largas nares, mediocrem barbam.

Populus denotat hominē ratione

- *Animi seu morum.* — Gaudentem deambulntione, nec amantem quiescere in uno loco.
- *Corporis* — Nec magnum nimis, nec nimis parvum, magis tamen ad longitudinem inclinantem, habentem pulchram ac benignam faciem, corpus macilentum, tenuia crura, maculam quandam in oculo, aut unum oculū altero majorem, colorem

rem fuſcum, magnos dentes, longam faciem, formam fœdam, magnam barbam, plagam aut aliud ſignum, quod ab eo non ſeparabitur. Significat etiam plantas, herbas, aquas, congregationem hominum.

Animi ſeu morum. Tardum ad iram, efferveſcente ira immanem, amantem ſine intermiſſione ire de loco in locum.

Corporis Nec magnum nimis nec nimis parvum, groſſum magis in media parte ſuperiori quam in partibus inferioribus, habentem unum oculum altero majorem, aut ſaltem maculam, colorem album, parvulos dentes, frontem frequenter ſudantem.

Fortunæ & conditionis, Pauperem.

Atque ſignificat etiam ex rebus aliis iter & arbores.

Conjunctio

- *Conjunctio* denotat hominem ratione
  - *Animi seu morum.*
    - Amantem lectiones, fa- cundum, bonæ volun- tatis, acquirentem mul- tos amicos, largum se- plus consumentem qu- lucratur, mendacem luxuriosum, ingenio- sum, contemptorem legum.
  - *Corporis*
    - Pulchrum seu formosum habentem corpus tenu- ac macilentum, medio- crem staturam, pulchrā & longam faciem, pul- chros oculos, pulchram barbam sed parvam, te- nuem nasum, tenues tibias. Denotat etiam res variorum colorum ut pannos & similia.
- *Carcer* denotat hominem ratione
  - *Animi*, ferocem sed magni animi.
  - *Corporis*
    - Mediocris staturæ, sed ta- men corporis brevio- ris, habentem magnum caput, curta brachia, fuscum & bonum co- lorem, pulchram bar- bam & rotundam, ma- gna mandibula, largum pectus, fissuram in talo, asperos capillos, curtū

col-

Corporis { collum & largum rotundam faciem, parvulum os, parvulos oculos eosque rubros & albos. Significat etiam ex rebus aliis Carceres, sepulchra, fossas obscuras, res nigras & ponderosas.

Regula Generalis.

Quod de viris seu masculis dictum est, idem etiam debet de fœminis intelligi, & quanto plures inve-nis figuras similes, tanto fortiorem habebunt per-na significationem.

Cap. VIII.

De elementari figurarum Geomanticarum natura.

Aërea scilicet { *Acquisitio*, *Lætitia*, *Conjunctio*, *Puella* } Quæ sunt calidæ & humidæ, ac significant { *Ex hominibus* sanguinem amabilem, ac pulchrum, habentem parvulos dentes. *Ex esculentis* cibos dulces, nitidos ac odoriferos atque etiam carnem volatilium.

Ex

Ex figuris Geomanticis quatuor sunt

Ignea { *Minor*, *Amissio*, *Rubeus*, *Cauda* } Quæ sunt frigidæ ac siccæ & significant

- *Ex locis*, eos, qu[i] sunt delectabi[l]es & sani, ac de[l]itiis epulisqu[e] & jocis accom[-]modati.
- *Ex hominibus* Cho[-]lericos, iracun[-]dos & malirio[-]sos, atque etiam fœminas uterum gerentes.
- *Ex esculentis* cibo[s] salsos & car[-]nem volatilium adeoque etiam si quæstio fiat qualis cibus ad[-]sit, tum si Ru[-]beus aut Puell[a] veniunt in do[-]mum, in qua e[-]rit quæstio, re[-]spondebis, ci[-]bum esse malum & corruptum, e[x] quo, si come[-]deres, posse[s] mortem aut ali[-]quem gravem morbum asci[-]scere.

Aque[a]

Ex locis illos, qui sunt alti, veluti mõtes aliique loci sicci ac steriles, & infrugiferi propter siccitatem & caliditatẽ.
Ex plagis mũdi semper & ubique meridiem.

Aquea nimirum { *Albus* *Puer* *Populus* *Via* } Quæ sunt frigidæ & humidæ, ac significant {
Ex hominibus Phlegmaticos, qui sunt stabiles, atq; etiã fœminã gravidam.
Ex esculentis, cibos salsos & carnes piscium.
Ex locis, eos qui siti sunt inter arbores & viriditates, item aquas, flumina, fontes.
Ex plagis mũdi, semper & ubiq; Septentrionem.
}

Terre-

Terrestres videlicet { *Major Tristitia Caput Carcer* } Quæ ſunt frigidæ ac ſiccæ & ſignificant {

- *Ex hominibus*, tar dos & Melancholicos, qui nō ſunt amandi, & fœminam etiam infœcundam ſeu ſterilem.
- *Ex cibis* pecora & animalia quadrupedia.
- *Ex locis* eos, qui ſunt obſcuri & deſerti, profundi, inſalubres, ubi beſtiæ ſylveſtres, aut viles homines habitant, item locos ſubterraneos & effoſſos ac repletos Scorpionibus, araneis & beſtiis impuris, atque ex quibus nullus fructus provenit.
- *Ex plagis mundi* ſemper & ubique Occidentem.

Cap.

CAP. IX.

De temporibus figurarum, quæ necesse est, in quæstione cognoscere secundum annos, menses, septimanas, dies & horas.

Ex figuris Geomanticis … annorum.

Figuræ	Tempus annorum
Carcer & Tristitia significãt *diem Saturni*, & promittunt in vita vel quacunque alia re *tempus*	*Maximum* 57. *Medium* 43. *Minimum* 30.
Lætitia & Acquisitio denotant *diẽ Jovis*, estque eorum *tempus*	*Maximum* 79. aut 59. *Medium* 55. vel $45\frac{1}{2}$. *Minimum* 12. vel circiter.
Rubeus & Puella denotãt *diem Martis*, estque eorum *tempus*	*Maximum* 60. *Medium* $40\frac{1}{2}$. *Minimum* 15.
Minor & Major denotant *diem Dominicum*, estque eorum *tempus*	*Maximum* 120. *Medium* 69. *Minimum* 9.
Puer & Amissio significãt *diem Veneris* estque eorum *tempus*	*Maximum* 82. *Medium* 45. *Minimum* 8.

Ex figuris Geomanticis	*Albus & Conjunctio* significăt *diem Mercurii*, estque eorum *tempus*	*Maximum* 68. *Medium* 30. *Minimum* 8.	annorum.
	Populus significat *diem Lunæ*, estque ejus *tempus*	*Maximum* 108. vel 101. *Medium* 76½. *Minimum* 25.	
	Via significat *diem Lunæ*, estque ejus *tempus*	*Maximum* 36. *Medium* 25. *Minimum* 8.	
	Caput denotat *diem Veneris & diem Jovis*, suntque omnes ejus anni tantùm tres numero.		
	Cauda significat *diem Saturni & Martis*, atque itidem etiam habet tantùm tres annos.		

Regula.

Qualibet figura habet easdem horas, quas habet Planeta, cui subjicitur.

FINIS LIBRI SECUNDI.

LIBER TERTIUS.
DE JUDICIO GEOMANTICO.

Cap. I.
De judicandi ratione in arte Geomantica.

IN omni judicio Geomantico *duo* ſunt conſideranda, nimirum, *Primò* res quæ proponitur, vel venit dijudicanda; *Deinde* domus ac figuræ ſcuti Geomantici. Namque in primis inſpicienda eſt domus, ad quam res petita pertinet, ac judicandum ſecundum figuram in ea inventam. Similiter etiam figuræ inventæ in domo decima tertia & decima quarta, quæ ſunt teſtes, ſuper quos judex quæſtionis judicat, atque pariter quoque ipſa figura domus decimæ quintæ, quæ judicat de decima tertia & decima quarta omni ſtudio ſunt obſervandæ. Porrò etiam probè notandum eſt, quod figura in prima domo ſemper detur petitori, & quod ex cæteris figuris ac domibus judicandum ſit de conditione rei propoſitæ. Quod quidem ut rectius fiat, mente tenendæ ſunt regulæ hæ ſequentes.

Regula I.

In omni re dijudicanda dividatur quæſtio in duas artes; quarum una tribuatur ipſi petitori, altera verò

rei petitæ. Illa enim, quæ plures habebit bonas figuras prævalebit alteri.

Regula II.

Malæ figuræ cum malis multiplicant malum: & bonæ cum bonis augent bonitatem.

Regula III.

Malæ cum bonis diminuunt bonitatem & bonæ cum malis pravitatem ac malitiam.

Regula IV.

Domus semper retinet nomen suum, qualiscunque etiam figura in illa inveniatur. Sic prima domus semper dicitur ♈, sive figura in ea inventa conveniat ratione elementi a ut alicujus alterius qualitatis cum natura ejus sive non.

Regula V.

Si figura invenietur in propria sua domo, hoc est, in domo suæ naturæ & complexioni conveniente, erit tantò fortior.

Regula VI.

Ex domibus scuti Geomantici aliæ aliis propter oppositionem suam ad invicem adversantur. Sic enim odio habet prima septimam, secunda octavam, Tertia nonam, Quarta decimam, Quinta undecimam & Sexta duodecimam.

Regula VII.

Maximè autem omnium domus sextæ sese invicem oderunt.

Regula VIII.

Pro quolibet judicio observa bene decimam sextam figuram conflatam ex prima & decima quinta, namque in ea consistit tota vis significatio judicii.

Regula IX.

Regula IX.

Respice diligenter, ubi figura sese duplicet & judica secundùm figuram ac domum, ubi reperitur.

Regula X.

Bonæ figuræ duplicantes sese in domibus debilibus debilitantur secundùm significationem suam in prima domo.

Regula XI.

Observa bene duplicationem figurarum, nam quæ magis sese in domibus duplicat, ea magis est respicienda, idemque etiam faciendum est, si figura aliqua duplicetur in domo undecima aut decima quinta.

Regula XII.

Notandum est figurarum temperamentum, nam, si figura proveniet de uno latere ex figura bona, & de alio ex mala, judicium erit bonum, non tamen fiet semper complementum rei sine labore & difficultate: Nam duæ bonæ figuræ, contradicente ac denegante una mala, bonum tantisper sine effectu promittunt, donec mala ab illis superetur: Sic duæ malæ fortiores sunt una bona utpote quæ ab illis vincetur. Quando verò tres figuræ sunt bonæ, tunc judica totum bonum, quando autem malæ, totum malum.

Regula XIII.

Vide, si bonæ figuræ sint in fortibus angulis, nam, si ibi fuerit malum in regula præcedenti denotatum, refrænabitur illud: Si verò anguli etiam fuerint mali, denotabitur multum mali.

Regula XIV.

Si volueris accipere aliquam rem, quam figura fortis domus promiserit, tum si contradixerint domus undecima, & 15ta, & minatæ fuerint, te non obtenturum

propoſitum tuum, ſed rem perditurum eſſe, contrarium eveniet: Sic, ſi domus fortis tibi denegaverit, rem petitam, & undecima ac 15ta eam promiſerint, obtinebis deſiderium tuum, & habebis rem deſideratam, ac quicquid cupis.

Regula XV.

*Solent Magiſtri in hac arte, antequam aliud quid agant, deſcribere quæſtionem, quo tanto melius eam retineant ac dijudicent: Deſcriptionẽ autem illam ita faciunt, ne multiplex ſit quæſtio, ſed ut de una tantum re ſimplici loquatur, namque ſi aliter fiat, ſignum pertur*abitur, nec poterit quæſtio recte dijudicari.*

CAP. II.

Quid faciendum, ſi quæſtio ſeſe in ſcuto Geomantico non ſatis explicet?

CUm judicium perturbatur, quod ſæpius accidit, ita ut illud, quod petitur, non ſatis aperte ſe declaret, eo caſu fac tres figuras novas, hoc eſt, unam figuram ex prima & quarta. Secundam ex ſeptima & decima, & de his duabus tertiam. Hæ autem tres figuræ habebunt completam virtutem judicii: Proinde, ſi fuerint bonæ, judica bene, ſi malæ, malè, ſin autem mediocres, mediocriter.

Sed & accidit nonnunquam, ut neceſſitas cogat eligere fortunas ad producendum 4. matres, nempe ex prima & quinta, unam, ex ſecunda & ſexta, ſecundam, ex tertia & ſeptima, tertiam, & ex quarta

& octa-

& octava, quartam. Quas quidem figuras ita productas quatuor matres ſecundarias appellamus. Ex his igitur matribus oportet novum conflare judicium, quod tibi rem demonſtrabit deliteſcentem adhuc in prima quæſtione.

CAP. III.

De projectionibus punctorum ſive conjunctione quæſtionis.

Mirabiliter demonſtrat quæſtionem punctorum projectio; nam in illa domo, in quam ultimum punctorum cadet, magis declarabitur quæſtionis ſecretum; Etenim quando numerus ultimus punctorum cadit in domum ex qua petitio facta eſt, & quando ipſa figura convenit cum domo, magis valet quæſtio. *Verbi gratia*, ſi in ſecunda domo finietur projectio & in eadem illa ſecunda domo invenietur Acquiſitio, tum ſi quæſtio fuerit de lucro, quod pertinet ad ſecundam domum, figura ipſa conveniet cum quæſtione & petitore. Similiter judicandum erit de omnibus aliis quæſtionibus figurarum. Hæ enim ſi bonæ fuerint, bene judica, ſi malæ, malè.

Similiter ſi projectio cadit in ſecunda domo, prima domus habebit cum illa ſocietatem, & proinde denotat, quæſtionem petitoris eſſe ipſi fortunatam & promittit acquiſitionem; Si in quarta, ejūs Comes eſt tertia, unde denotat ſucceſſionem hereditatum


patrum, fratrum & eorum finem. Si in quinta cadit ſocius ejus eſt quarta; unde petitio erit de filiis, filiabus ac de hereditate eorum; Si in ſexta quinta habebit cum petitione ſocietatem, eritque de morbis, ſervis, beſtiis, & gaudio; Si in ſeptima, ſocius ejus eſt ſexta, unde petitio eſt de nuptiis, litibus, præliis & hujusmodi aliis; In octava ſocius ejus eſt domus ſeptima, & tunc petitio eſt de morte aut de hereditate proveniente à morte; Si in nona comitatur ipſam octava, unde petitio erit de religione hominibus Eccleſiaſticis; Si in decima, habet ſocietatem cum nona, unde petitio erit de Rege, Domino, judice, & ſimilibus; Si in undecima ejus ſocius eſt Decima; unde petitio eſt de amicitia; Si in duodecima, ejus ſocius eſt undecima, & tunc eſt petitio de inimicis, de labore, de magnis beſtiis.

Projectio autem talis eſt; Accipies puncta ſuperiora & inferiora omnium figurarum, quæ inter 16. illas figuras in ſcuto Geomantico occurrentes numero punctorum impari conſtant; iisque congregatis dividatur aggregatum per duodecim domus, & in qua domo & figura numerus punctorum finiverit, ibi erit conjunctio quæſtionis; Si igitur cadet punctum in *prima domo*, petitio eſt de ipſo petitore, ſi in *ſecunda*, de bonis ejus & fortuna, ſi *in tertia* de fratribus & parentibus; ſi *in quarta*, de patre & hereditatibus, ſi *in quinta* de infantibus ſeu liberis; ſi *in ſexta* de corporibus aut ægritudinibus; ſi *in ſeptima* de nuptiis; ſi *in octava* de morte, ſi *in nona* de religione & itinere, ſi *in decima* de Regibus, Dominis, ac Principibus; ſi *in undecima* de amicis aut fortuna; ſi *in duodecima* de inimicis. Item, quando numerus ultimus punctorum cadit in domo prima, ſecunda,

tertia,

ertia, quarta, tunc res significata pertinet ad ipsum petitorem, si in quinta, sexta, septima, octava, quæstio est de re petita.

Sed & alia ratione fit projectio hoc modo; Numera omnia puncta figurarum in duodecim primis domibus impari numero constantium, & divide ea per duodecim, ac residuum adde figuris, incipiendo numerare unum super primam figuram, alterum super secundam, tertium super tertiam, & sic deinceps usque ad ultimum, & ubi ultimum punctum finiverit, ibi invenies domum & figuram, quæ judicabunt quæstionem tuam. *Exempli gratia*, In figura sequenti computabis omnia puncta figurarum imparium in duodecim domibus prioribus, eaque simul addita divides per duodecim & restat nihil, ita ut hac ratione demonstretur tibi in domo duodecima Populus; In eo igitur consistit judicium totius quæstionis; Significatur autem per illum bestia magna aut magnæ animositatis vel velocitatis, quoniam est figura Lunæ: Et quia Populus est in Triplicitate cum duabus Amissionibus, quæ sunt figuræ ignis, ideo significatur bestia, callida & crudelis: Figura autem est talis.



CAP.

CAP. IV.

De Triplicitatibus seu de dijudicatione quæstionis per Triplicitates, hoc est, per tres figuras simul sine specificatione alicujus figuræ.

PRima Triplicitas significat petitorem, & totam locorum circumstantiam, scilicet complexionem, quantitatem, cogitationem, mores, substantiam, virtutes, quæ Triplicitatis illius figura denotat, prout demonstratur in exemplo sequenti, ubi homo est magniloquus, multarum divitiarum & complexionis frigidæ ac siccæ.


Secunda Triplicitas significat omne illud, quod prima, excepto eo solo, quod prima denotat principium rerum, & secunda fortunas earum.

Tertia Triplicitas significat qualitatem loci, ubi homines frequentant, videlicet an sit magnus vel parvus, pulcher vel deformis, & sic in cæteris, secundum figuras, quæ ibi reperiuntur: Significat etiam damnum loci, item, qualis sit homo, an bonus vel malus, audax vel timidus.

Quarta Triplicitas significat fortunam & statum amicorum, & principaliores curiæ, ac homines officiarios.

Exemplum autem figuræ factæ per Triplicitates est tale.

Regula



Regula I.

Decima quinta figura non potest esse impar, sed, si cadat in eo loco figura impar, male est multiplicatum.

Regula II.

Adverte semper pro quæstione facta, ubi se duplicet figura prima, nam secundum figuram & domum illam judicabis.

Regula III.

Semper & principaliter consideranda est figura decima sexta, conflata ex decima quinta & prima. Nam hæc figura cum illis, ex quibus descendit, habebit totam vim judicii.

Regula

Regula IV.

Notandum est, quod figuræ significent diem & no- em, masculum & fœminam, mobilitatem, fixitatem - communitatem secundum naturam signi cœlestis, e quo participant: Sic ♈ est masculinus, mobilis, & iei; ♉, fœmininus, fixus & noctis: Et sic in cæteris, t dictum est in Astrologia.

CAP. V.

Quomodo sit cognoscendum, ad quam domum res petita pertineat?

P*Rima domus* tractat de nativitate hominis, & de principiis omnibus, ac de hominis statura, co- ore, complexione & moribus.

Secunda domus significat substantiam petitoris, mniaque bona, dona, proficua, acquisitiones, ven- itiones, negotia utilia, divitias, lucrum, ter- am & locum ubi petitor residet, rem quam habere ppetit, & nonnunquam etiã rem furto surreptam, tque ex coloribus rubedinem & viriditatem.

Tertia denotat statum fratrum, sororum, cogna- orumque, nuntios, parvula itinera, legatos, literas, nalum in itinere, locos in civitatibus, mutationem e loco, de consilio, & ex coloribus rubedinem ac lavedinem.

Quarta domus tractat statum parentum, terram & campos, divitias in civitatibus, annos, res occcul- as, thesauros supra & sub terra, finem rerum om- nium, res de morte, & ad quem perveniat status ho- minis, sepulchra, qua morte aliquis sit extinctus, an suspensus sit vel combustus post mortem, statum heredi-

hereditatum, fortificationes, locos antiquos, finem rei petitæ, hominem senem, campos, vineas, arbores res omnes ex terra crescentes, agriculturam, colorem rubrum, & habet judicium super solem.

Quinta domus tractat statum filiorum & filiarũm, nuntios, legatos, fœminas, item fœminam gravidam, cives, statum & gubernationem civitatem, amicitiam, inimicitiam, victum, bona vestimenta, promissa, literas, fructus, hereditates, incantationem, aquas & pluvias, libros, amores fœminarum, ex coloribus nigrum & album.

Sexta tractat homines malas res perficientes, item morbos & causas eorum, injurias, mutationes de loco, bestias, hospitalia, & locos ægrotorum, laboratores, pavorem, paupertatem, mala testimonia.

Septima habet in totum contradictionem, propter suam oppositionem cum prima domo, estque domus latronum, præliatorum, inimicorum, fugitivorum, stultarum fœminarum, & significat etiam contentiones exiles, principium nequitiæ, naves, perditionem, tabernas, verba, & ejusmodi alia, item colorem nigrum & tenebrosum, ac Occidentalem mundi plagam.

Octava domus denotat maritum, concubinam, hominem consulentem inimicis petitoris, fœminam consulentem iisdem propter periculum mali futuri, videlicet propter damnum aut persecutionem, servos præliantes, dotem fœminæ, dubiũ, laborem, tristitiam, pavorem, timorem & dedecus, litem, præliorũ adversitatem, tormenta ex igne, combustionem sanguinis, pavorem mortis, effusionem sanguinis &

occisi-

ccisionem, homicidium, destructionem, mortem
& exitum è vita ac discessum, hereditatem mortuo-
rum, ex coloribus viriditatem & nigredinem, ha-
bentque figuræ Saturni hic dominium.

Nona denotat DEUM & cultum divinum,
oratores Ecclesiasticos & officia Ecclesiastica, Cle-
ricos, omnem sanitatem, fidem, religionem,
visiones, somnia, divinationem, item Philoso-
phos, libros, artes septem, scientiam astrorum,
artes per quas aliquis perveniet ad honores, scho-
lasticos & literas in via, item nuntios, legatos,
nova, regiones, longam peregrinationem, lon-
gam vitam; ejus color est viridis & albus, estque
domus itineris.

Decima domus est mater & domus Dominorum
& hominum nobilium, potentum & honorabi-
lium, denotans Imperatores, Reges, Principes,
Marchiones, Judices, Prælatos, Cardinales, Papas,
itemque officia, & locos imperii seu dominationis,
imperia, regna, autoritatem, gloriam, memoriam,
laudes, exaltationes, audaciam, reverentiam, sub-
stantiam, sententias à judice datas, leges & decreta,
artes Grammaticæ, Logicæ, finem juventutis, vir-
tutem omnium medicamentorum, herbarum,
confectionem Emplastorum & similia, item sere-
num tempus, & colorem album aut rubicundum.

Undecima est domus auxilii seu fortunæ, deno-
tans amicos, mercatores, divitias, & substantiam re-
gum, reditusque & thesauros eorum, exaltationem
juxta reges, bonam fortunam, scientiam humilium
hominum, auxilium amicorum, rem amatam à peti-
tore, spem & consolationem, amorem laudis; Ex co-
loribus habet album & flavum, & tractat etiam de
re petita.

Duode-

Duodecima Domus ſignificat inimicos, mendaces, meretrices, ebrios, hominemque incarceratum, & condemnatum, ac exulem, triſtem, ſervum, impium, fugitivum, invidum, pauperem, item equos, aſinos, omnesq; beſtias equitationi inſervientes ac magnas beſtias & groſſas, ut boves, Camelos, Elephantes, porcos, cervos, urſas, item locos inſtar abyſſi, profundos carceres, tenebroſitatem, lamentationem, lachrymas in vita, triſtitiam, laborem, paſſiones, tormenta, morbos incurabiles, ſepulturam mortuorum. Ex coloribus habet albedinem cum viriditate.

Decimatertia domus appellatur domus gaudii, augmentatque divitias & bona, ac ſignificat & confirmat ea quæ denotantur per figuras illas, ex quibus extrahitur videlicet per primam, ſecundam, tertiam, quartam, nonam, & decimam.

Decimaquarta domus appellatur domus Triſtitiæ, & ſignificat viam obſcuram, eſtque teſtis & judex quæſtionis, quod triſtitia eveniet, ſi mala figura ſit in ea, tunc enim eſt malum ſignum. Hæc reſpondebit ſemper de re petita, quemadmodũ decimatertia de petitore; namque ut illa ex parte petitoris, ſic hæc ex parte rei petitæ extrahitur, nimirum ex quinta, ſexta, ſeptima, octava, undecima & duodecima figura.

Decimaquinta domus appellatur judex quæſtionem finiens; nam proveniet ex omnibus figuris, & ſignificabit omne illud, quod à cæteris figuris, fuit denotatum.

CAP.

CAP. VI.

De occupatione, conjunctione, mutatione & translatione figurarum.

MUlta adhuc alia etiam sunt consideranda in hac arte respectu positionis figurarum in scuto Geomantico, inter quæ *occupatio* domus dicitur, quando figura petitoris est in domo rei petitæ; Exempli gratia, si aliquis petat, an domus perdita sit recuperanda, & Albus veniat in prima domo, & in quarta, tunc illa figura dicitur occupare locum rei petitæ, cum quarta domus sit ædificiorum super terram.

Sed & accidit *figurarum conjunctio*, quando scilicet figura ascendentis se mutat in conjunctionem alterius significatoris; Exempli gratia, si aliquis petat an recuperaturus sit servum suum fugitivum & Acquisitio extiterit in prima domo, ac duplicata fuerit in quinta domo, quæ est in conjunctione cum sexta domo significante servos, debet propter hanc conjunctionem obtinere petitionem suam.

Est quoque *figurarum mutatio*, quæ fit, quando duo significatores se removent à locis suis propriis; Exempli gratia, aliquis petit, an possit uxorem habere eam, quam amat, & conjunctio est in prima domo, ac puer in septima, quæ significat fœminam, posteaq; redit conjunctio in quarta domo; & deinde in tertia: Hoc igitur significabit, fœminam sese conjuncturam cum petitore.

In figuris denique etiam accidit *Translatio*, videlicet, quando figura portat ſecum diſpoſitionem ſignificatoris; Exempli gratia, petit aliquis, an habiturus ſit cum perſona aliqua nuptias , & Lætitia in ſecunda domo transfertur in eam, quæ eſt ab illa ſeptimo loco poſita, ac prima ſe duplicat in quinta, quibus denotatur amicitia: Atque multa hujusmodi alia in hac arte accidunt ad incrementum & detrimentum exaltationis.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QUARTUS.

DE PRAXI GEOMANTICA seu Quæstionibus aliquot Geomanticis.

Quæst. I.

Quo mense aliquis natus sit.

RESpice figuram primæ domus, & dic ipsum natum esse eo mense, quem repræsentat figura illa, & si figura non removetur in quæstione, dicas, quod natus sit in prima septimana, sin transeat in secundũ locũ, dicas, in secunda septimana, si in tertium locũ dicas, quod in tertia & sic in quarta. Similiter si in quinta domo veniat, dicas, quod in prima septimana, si in sexta domo, dicas, quod in prima septimana, si in sexta domo, dicas, quod in secunda, & sic in cæteris: Nam domus prima, quinta nona & decimatertia semper repræsentant primam septimanam; secunda, sexta, decimaquarta secundam septimanam; tertia, septima, undecima, decimaquinta tertiam septimanam; Quarta, octava, duodecima, decimasexta quartam septimanam. Dies autem cognoscitur ex natura figuræ domus primæ.

Quæst. II.

Qualis sit alicujus personæ status?

Si prima figura sit bona, status ejus est bonus, quæ si duplicatur in secunda, quinta, decima, undecima, status ejus augmentabitur in divitiis, si vero in malis domibus, è contra se res habebit.

Quæst. III.

Utrum vita alicujus longa vel brevis ſit futura.

Si prima figura fuerit bona & fixa, & non ſe mutabit in aliis domibus, vita erit bona & longa, & quidem ſecundum tempus, quod figura promittit; ſi verò mobilis eſt, breve tempus promittitur; ſi communis, tempus comūne. Quod ſi prima figura multiplicatur in quarta, ſeptima, decima domo diu vivet; ſi in ſecunda, quinta, octava, undecima mediocriter, ſi in tertia, ſexta, nona, duodecima, non diu vivet.

Similiter numera puncta omnia primarum figurarum usque ad locum, ubi ſe duplicabunt, & ſi numerus cadet in quarta, ſeptima aut decima, vivet per tot annos, quot fuerunt puncta inter figuram primam & locum, ubi primum duplicavit; Si in ſecunda, quinta, octava & undecima per tot menſes vivit; Si in tertia, ſexta, nona & duodecima per tot dies, & moritur in die Planetæ, & in hora, ubi numerus ſumit finem. Item in omni loco, ubi prima ſe duplicabit, petitor aut erit ægrotus, aut morietur.

Quæſt. IV.

Quorum ſocietatem aut convictum aliqua perſona potiſſimum expectat vel amet?

Reſpice locum, in quo prima figura ſe duplicabit, nam ſecundum diſpoſitionem ejus appetet ſocietatem; Unde, ſi ea fuerit duplicata in domo ſecunda converſabitur & vivet libenter cum familia; ſi in tertia, cum parentibus aut in itineribus parvulis, ſi in quarta, cum patre & hereditate; ſi in quinta, cum infantibus ſeu liberis, & ſic in cæteris.

Quæſt.

Quæst. V.

Qualia ſint nova?

Attribuatur petitori prima domus: Tertia vero, ſexta & nona rei novæ: Bonæ figuræ & maſculinæ ſignificant veritatem, fœmininæ autem falſitatem: Præterea reſpiciendæ ſunt figuræ novitatis, verbi gratia, ſi nova ſint de lucro, reſpice figuram ſecundæ, ſi de fratribus aut vicinis tertiæ, ſi de hereditatibus quartæ, & ſic in cæteris.

Quæſt. VI.

Quale reſponſum nuntius afferet?

Prima detur petitori, tertia nuntiato, ſeu ei, ad quem mittitur, & altera rei nuntiandæ, ut, vadat nuntius ad regem, altera figura eſt in domo decima, ſi ad inimicos in duodecima, ſi ad ſervos in ſexta, ſi ad infantes vel liberos in quinta, & ſic in cæteris.

Quæſt. VII.

An aliquis reverſurus ſit nec ne?

Prima domus tribuatur petitori, domus tertia, loco ex quo diſceſſit, nona itineri, & ſeptima loco, ad quem vadit.

Quæſt. VIII.

An ille, qui facturus eſt iter, ſit illud ſubito vel tarde ingreſſurus?

Dijudica hoc ſecundum primam, tertiam & nonam domum.

Quæſt. IX.

An iter utile futurum ſit in aliqua re nec ne?

Prima domus detur petitori, tertia & nona itineri, ſecunda, quinta & undecima proficuo.

Quæst. X.

An aliqua nova brevi tempore ſis habiturus?

Prima & tertia tribuantur petitori, ſeptima & octava rei petitæ.

Quæst XI.

An ſocius tuus ſit tibi fidelis & utilis futurus?

Detur prima petitori, ſecunda & undecima ſocio, tertia, ſexta & ſeptima rei petitæ.

Quæſt. XII.

Utrum procurator & nuntius tuus erit pro te utilis?

Detur prima domus petitori, tertia, quinta, ſexta & undecima rei petitæ.

Quæſt. XIII.

An melius ſit ire vel manere?

Detur prima domus petitori, & loco, in quo ille eſt, tertia itineri, & ſeptima loco, ad quem iter vult ſuſcipere.

Quæſt. XIV.

Verſus quam mundi plagam utilius dirigere poſſit petitor iter ſuum?

Detur prima petitori & loco, in quo manet petitor, qui ſit Orientalis, ſeptima Occidenti, decima Meridiei, & quarta Septentrioni; Quæras igitur meliorem figuram, & denotabit, illam plagam magis utilem.

Quæſt. XV.

Uter ex fratribus prior morietur?

Detur prima domus petitori, tertia quæſtioni, & ſexta, nona, duodecima rei petitæ.

Quæſt. XVI.

Utrum quis nuntios vel literas accepturus ſit nec ne?

H-

Hæ duæ figuræ Albus & Conjunctio significant literas & aliæ nuntios: Debemus igitur considerare, quæ harum figurarum sint in conjunctione cum prima figura; nam, si invenientur in aliqua parte quæstionis, significant literarum & nuntiorum adventum, si in tertia per fratres, si in quarta per patrem, & sic in cæteris.

Quæst. XVII.

Qualia futura sint itineris accidentia?

Si tristitia fuerit in prima domo, & Rubeus in secunda periculosum erit ingredi navem: Si Conjunctio fuerit in nona domo, aut Populus aut Carcer, invenies latrones in via: Si in sexta aut duodecima, sunt figuræ mobiles & bonæ, evades, seu evitabis periculum. Si verò fixæ, non: At si Rubeus & Puella ibi fuerint, habebis damnum: Quod si in prima & secunda fuerirt figuræ] fortes quemadmodum Major & Acquisitio, inimici tui erunt fortes super te; Si verò debiles fuerint figuræ, quemadmodum via, puella & conjunctio, latrones sunt debiles; Si Populus, facient multum mali; si Carcer & Tristitia, non possunt nocere.

Quæst. XVIII.

An durabilis sit amor?

Figuræ firmæ significant firmum & longum amorem, mobiles contrarium, mediocres mediocrem.

Quæst. XIX.

An thesaurus sit in loco aliquo absconditus?

Respice primam, quartam, septimam, decimam figuras, sed præcipue primam & quartam. Si enim ibi fuerint bonæ figuræ, fixæ & masculinæ, ac non removebuntur in alios locos, ibi est thesaurus, aliter non; Ac quarta domus demonstrabit locum rei absconditæ.

Quæst. XX.


An res male positæ vel perditæ debeant recuperari?

Detur prima domus petitori, undecima rei petitæ & quarta loco; Si figuræ fuerint masculinæ, bonæ & non mutantes locum est bonum signum, atque etiam si prima figura fuerit in domo quarta, decima aut undecima bonum est, alias non.

Quæst. XXI.


Ubi lateat vel occultetur res perdita?

Prima detur petitori, decima rei & quarta loco cogitato. Alia etiam est via ad cognoscendum locum rei absconditæ; Respice enim in quali parte mundi res sit per quartam figuram, deinde dividatur locus ille de Oriente in Occidentem, de Meridie in Septentrionem; nam ibi loci invenietur res, quem quarta figura demonstrabit. Et si illa quadratura erit adhuc nimis magna ad inveniendum subito rem absconditam necesse est iterum partiri illam partem in quatuor alias partes, hocque toties faciendum est, quousque locus sit satis parvulus ad inveniendum cito rem absconditam, eritque semper quarta figura demonstrator loci hoc modo:



Vel

Vel etiam divitatur locus in quatuor partes, ſcilicet in Orientem, Occidentem, Meridiem & Septentrionem. Deinde reſpice quartam figuram, & cujus illa ſit elementi. Si enim eſt de aëre, ſignificat Oriẽtalem partem, ſi de igne Meridionalem, ſi de aqua Septentrionalẽ, ſi de terra Occidentalem. Ex gratia:



Quando igitur quartam inveneris, ubi res occultatur, facias judicium novum, atq; ſimiliter judica per quartam domum ut antea, & iterum dividatur plaga inventa in quatuor partes æquales, idq; repetatur donec locus redigatur in parvulum ſeu anguſtum ſpatium.

Quæst. XXII.

An perficere possis quod cogitas?

Detur prima petitori, secunda, quinta & undecima rei petitæ, septima causæ, & quarta fini.

Quæst. XXIII.

An hæreditas perdita recuperabitur nec ne?

Detur prima petitori, quarta hæreditati, secunda, quinta, undecima sperantiæ seu spei, & septima adversario.

Quæst. XXIV.

An tempus conveniat agriculturæ, vel sit ei accommodatum & utile?

Detur prima petitori, quarta negotio, secunda, quinta, undecima fortunæ: & notandum est, quod figuræ aëreæ & aqueæ sint hoc casu bonæ, sed figuræ igneæ & terreæ, malæ sunt pro plantatione: Detur igitur, uti dictum est, prima petitori, quarta & decima rei petitæ, secunda, quinta & undecima lucio.

Quæst. XXV.

Quot menses, septimanæ aut dies requirantur ad complementum alicujus rei?

Observa numerum figuræ primæ, quartæ, decimæ, decimæquintæ, & præcipue quartæ, nam secundum majorem numerum figuræ, hoc est, quæ habet majorem potestatem, judicabis.

Quæst. XXVI.

An locus obsessus capietur nec ne?

Detur prima petitori, quarta loco, septima adversario.

Quæst. XXVII.

Per quem modum locus obsessus capietur?

Si hæ duæ figuræ Rubeus & puella habuerint majorem potestatem, signũ est prælii & effusionis sanguinis

guinis aut latrocinii; Hæ autem duæ figuræ, Albus & conjunctio, ſignificant, quod per literas; Si hæ tres figuræ Lætitia, Acquiſitio, Puer fuerint potentiores, indicant, quod per humilitatem & conſilium prudentis hominis; Si populus, via, & Amiſſio, quod viribus & invaſione ſeu expugnatione; Si Major & Minor, quod per ſuperbiam; Si Carcer & Triſtitia, quod per proditionem in nocte. Similiter Conjunctio ſignificat, quod per ſtultum modum, hoc eſt, quo Populus nihil præſtabit, quo usque erit captus; Cauda autem ſignificat, quod per arma & traditionem.

Quæſt. XXVIII.

An promiſſum dabitur nec ne?

Detur prima petitori, ſecunda, quinta, undecima dono. Si fuerit bonæ, bonum eſt; Similiter ſi prima fuerint in quarta, quinta, decima aut undecima, bonum eſt; Sed ſi duplicatio fiet in malo loco, malum & contrarium erit.

Quæſt. XXIX.

An vita infantis aut pueri longa vel brevis ſit futura?

Detur prima petitori, quinta, nona, undecima, filiis aut filiabus: Si fuerint fixæ & bonæ, ac mutantes locum, bonum eſt, vitaque longa arguitur: Sed &, ſi quatuor anguli cœli fuerint fixi, & mutaverint, eſt ſignum longæ vitæ, & è contra.

Quæſt. XXX.

An fœmina ſit imprægnata ab eo, qui petit?

Detur prima petitori, quinta rei petitæ, & ſi prima ſe duplicabit in quinta, decima, undecima, aut ſi ſeptima in ſecunda, quinta, decima, ipſa erit gravida, & non aliter: Præterea judicandum eſt ſecundum figuras elementorum.

Quæſt.

Quæst. XXXI.

An fœmina paritura ſit filium vel filiam

Detur prima petitori, ſecunda, quinta, undecima rei petitæ. Si prima, quinta, & undecima fuerint maſculinæ, erit filius, ſi fœmininæ filia; Si prima conjungetur cum quinta, denotatur filius & filia: Et notandum eſt, quod, ſi fœmina jam ſit gravida, tum prima detur fœminæ, & quinta rei petitæ, & ſi prima fuerit in quinta, aut quinta in ſecunda, eſt gravida: Ac reſpiciendi ſunt etiam quatuor anguli & teſtimonia, & conjunctio & Populus: Si conjunctio & Populus fuerint in prima & quinta, ſignificant quod eſt gravida: Si hæ tres Carcer, Populus & Cauda, ibi fuerint, illa parturiet: Et nota, quod ſi prima aut quinta figura ſur t igneæ aut aëreæ, aut una ignis, altera aëris, denotatur maſculus; ſi ambæ terreſtres vel aqueæ, aut una terreſtris & altera aquea, denotant fœminam; Si autem hæ figuræ diſcordant in natura, habebit fœmina duos infantes, unum maſculum, alterum fœminam.

Quæst. XXXII.

An fœmina parturiet ſine dolore magno?

Reſpice quintam & duodecimam figuram.

Quæst. XXXIII.

An infans, qui naſcitur ſit petitoris, nec ne?

Detur prima petitori, ſecunda, tertia, quinta, ſexta, undecima infanti: Secundum harum concordantiam cum prima dijudicabis quæſtionem, & conſidera bene quartam figuram, quæ ſignificat patrem.

Quæst. XXXIV.

An bene emantur beſtiæ?

Detur prima petitori, ſexta & undecima beſtiis; quæ ſi bonæ fuerint, bonum eſt; ſi malæ, malum.

Quæst.

Quæst. XXXV.

An ſervi ſint utiles vel non?

Reſpice concordantias ſextæ, ſeptimæ & undecimæ. Si bonæ ſunt, bonum eſt, & econtra.

Quæſt. XXXVI.

An res perdita recuperabitur?

Detur ſeptima latroni ſeu furi, decima rei perditæ & quarta loco: Reſpice etiam quatuor angulos, hi enim, ſi boni, firmi & maſculini ſunt, nec ſe removent de locis ſuis, latrocinium, ſeu furtum eſt in domo ejus qui perdidit, aut non longe ab ea: Sic etiam, ſi ſeptima, ſexta, octava, undecima fuerint inter quatuor matres, res perdita eſt in propinquo. Si ſeptima non removetur, tum res perdita eſt in poteſtate latronis ſeu furis; ſi tranſit in ſecundum locum, eſt de familia, & ſic etiam in aliis. Reſpice ſextam & ſeptimam, ſi enim concordant ad invicem, res recuperabitur, ut ſint figuræ bonæ.

Quæſt. XXXVII.

An unus equus ſit altero velocior.

Detur prima petitori, ſeptima equo.

Quæſt. XXXVIII.

Qualis ſit amicitia inter duos?

Detur prima petitori & ſeptima perſonæ, undecima amori. Illa enim, quæ erit fortior & fixior, amabit melius & durabit ejus amicitia diutius.

Notandum eſt, quod figuræ aëreæ & igneæ denotent amorem, terreæ autem & aqueæ caſtitatem.

Quæſt. XXXIX.

An quis uxorem ducturus ſit nec ne?

Reſpice ſi prima ſit in ſeptima, aut ſi ſeptima ſit in deci-

decima, ſecunda aut undecima. Tunc enim nuptiæ ſignificantur; aliter non.

Quæſt. XL.
An quis mortuus ſit vel vivus?

Detur prima petitori, ſeptima & octava rei petitæ: Si fuerint bonæ & fixæ ac in bonis locis & ſine mutatione, ſignificant vitam, ſi aliter mortem. Similiter ſi quæ illarum figurarum movebitur in duodecima, aut mortuus eſt, aut ægrotus, aut incarceratus. Et nota, quod perſona eſt in illa quarta mundi quam repræſentat figura domus primæ, quartæ, ſeptimæ, & octavæ. Prima ſignificat Orientem, ſeptima Occidentem, decima Meridiem, quarta Septentrionem.

Quæſt. XLI.
Quid ſomnium ſignificat?

Detur prima petitori, id eſt, ſomnianti, nona ſomnio, tertia, ſexta, undecima, decimaquinta, rei petitæ: Figuræ maſculinæ veritatem ſignificant, fœmininæ falſitatem.

Quæſt. XLII.
An aliquis dominium vel honorem ſit acquiſiturus?

Reſpice primam, quartam, ſeptimam, decimamtertiam, decimamquintam.

Quæſt. XLIII.
Qualem effectum ſortitura ſit ſpes alicujus de re aliqua.

Detur prima petitori, octava, nona rei ſperatæ, decima virtuti, quarta fini.

Quæſt.

Quæst. XLIV.

Quale tempus futurum sit?

Respice primam & decimam figuram, similiter quale elementum magis abundet in quæstione, nam tale erit tempus; Ignis signficat sanitatem, aër ventum & sanitatem, aqua corruptionem aëris & bestiarum, terra magnam frigiditatem & siccitatem.

Quæst. XLV.

An quis rem desideratam sit acquisiturus?

Detur petitori Ascendens seu prima figura, & respiciatur secunda, tertia, quarta, quinta, septima, octava, decima, & undecima.

Quæst. XLVI.

An quis lucratus sit in re empta?

Detur petitori prima & si res empta sit terra aut domus, detur ei quarta, si bestiæ, sexta & duodecima, secundum quod fuerint magnæ aut parvæ; Si panni aut res textæ quinta atque ita de aliis. Similiter capies pro lucro & fortuna petitoris secundam, quintam & undecimam figuras.

Quæst. XLVII.

An quis sit alicujus inimicus?

Detur prima petitori, septima & duodecima inimicis.

Quæst. XLVIII.

Uter ex duobus victoriam sit reportaturus?

Si in septima domo fuerit Rubeus & Puella, quæ sunt figuræ Martis, & in octava fuerit figura Saturni, ac in prima domo fuerit figura mediocris, dices primam figuram superaturam esse septimam; nam Saturnus, qui est in octava domo significabit mortem: Et si fuerit figura Saturni in conjunctione

cum

cum prima, & ſeptima figura, ac quatuor figuræ cardinales fuerint malæ, pariterque judex cum teſtimoniis ſuis, dices ambos eſſe morituros.

Regula generalis.

Si volueris accipere rem aliquam & figuræ domuum fortiorum eam promiſerint, undecima autem vel decimaquinta domus illam denegaverit, non obtinebis rem deſideratam. E contra vero ſi fortes domus tibi eam denegaverint, & undecima ac decimaquinta eam promiſerint, potieris ea ad poſtremum præter ſpem atque expectationem.

APPENDIX,
DE GEOMANTIA MORBORUM.
CAP. I.
De regulis nonnullis ad praxim istam Geomanticam conducentibus.

IN primo autem practicandi loco regulas has paucas, tyroni operæ erit pretium explicare, quo securius ad istius praxis Oceanum accedamus, & facilius vigorem ipsius recolligamus.

Regula 1.

Figuræ in Geomantia stabiles & firmæ faciunt rem stabilem & firmam, sive in bono, sive in malo, secundum quod figuræ inveniuntur in bona, vel in mala domo.

Regula 2.

Debiles figuræ ita dicuntur, quoniam judicium dant debiliter & sine stabilitate, nec sunt tam bonæ & stabiles ac mediocres, aut pro morbo, aut pro incarcerato, aut pro gravida.

Regula 3.

Mediocres figuræ dicuntur, quoniam locum habent inter fotres & debiles, ac quia indicant quæstionem & petitionem mediocriter, hoc est non totaliter in bonum nec totaliter in malum.

Regula 4.

Domus malæ figuras per se bonas faciunt malas, per se autem malas faciunt domus malæ adhuc pejores & deteriores. E contra verò figuræ bonæ in bonis domibus sunt meliores.

Regula 5.

Figura in domo contraria, videlicet fixa in mobili, vel mobilis in fixa pejor redditur in judicio.

At fixa in domo fixa, vel mobilis in mobili fortiorem reddit ſignificationem.

Regula 6.

Prima, quarta è 12. domibus, videlicet domus prima, ſecunda & tertia ſeu ♈♉♊ ſemper tempus vernum ſignificat, & ſic in cæteris, prout in Aſtrologia eſt declaratum.

De aliis regulis ad judicium Geomanticum pertinentibus vide *cap. primum lib. 3. de Judicio Geomantico.*

Cap. II.

In quo natura cujuslibet ſimplicis figuræ morbifica in 6. vel 12. domo inventa enucleatur.

o o ſeu Acquiſitio inveniatur in domo 6. quan-
Si o do facta eſt pro ægritudine quæſtio, de-
o o notabit longum morbum, ſed tamen in
o fine curabilem. At ſi in domo 12. bonum
erit pro morbido.

---

o
Si o o ſeu Amiſſio in 6. arguet evaſionem à mor-
o bo.
o o

---

o
Si o o ſeu Lætitia fuerit in 6. denotabit liberatio-
o o nem à morbo, ſi in domo 12. illud idem,
o o ſeo cum difficultate.

---

o o
Si o o Triſtitia in 6. vel 12. longum morbum &
o o incurabilem vel mortem.
o

Si

o o
Si o Caput draconis in 6. longum morbum.
o
o

---

o
Si o Cauda in 6. mortem aut ægritudines magnas cum anguſtiis, in 12. domo mortem ægroti.
o
o o

---

o o
Si o o Albus in 6. magnum morbum.
o
o o

---

o o
Si o ſeu Rubeus in 6. morbum à cholera rubrâ aut ſanguine, ut apoſtemata, ulcera, calefactionem ſanguinis.
o o
o o

---

o
Si o o ſeu Puer in 6. longos ſeu diuturnos morbos.
o
o

---

o
Si o ſeu Puella in 6. denotat morbum ſervorum. Porro eitam ulcera, tumores, contuſiones, & ſimilia.
o o
o

---

o o
Si o o Major fortuna in 6. arguet morbum longum.
o
o

o
Si o Minor in 6. denotat morbos magnatum.
o o
o o

---

o o
Si o o Populus in 6. portendit ægritudinum multitudinem.
o o
o o

---

o
Si o Via in 6. indicabit ſubitaneum morbi incrementum.
o
o

---

o o
Si o Conjunctio ſit in 6. ſignificabit longum morbum.
o
o o

---

o
Si o o Carcer in 6. arguet morbum in carcere longum, aut mortem, atque etiam morbum in locis hominis ſecretis.
o o
o

Regula I.

Sit pro regula generali, quod ſi prima figura inveniatur in domo 6. erit argumentum minoris ægritudinis, ſi in 12. majoris.

Regula II.

Si duplicat prima in 5. tunc morbus eſt futurus: at ſi in 7. eſt de amore, ſi in 8. ex pavore, ſi in 9. ab itineratione.

CAPUT

CAPUT III.

De Prognosticatione per figuras Geomanticas, quando se duplicant in domo 6. vel 12.

Si se duplicabit figura domus

- Primæ in domo 6. portendit morbum, tribulationem, timorem; si in 12. tribulationem, aut morbum gravem.
- Secundæ in domo 6. denotat morbum futurum familiæ, aut pavorem, aut magnam tribulationem & morbum, si in domo 12. magnam tribulationem & morbum atque vexationem.
- Tertiæ in domo 6. tribulationem, morbos, timorem aliquem, &c. At si in domo 12. longam ægritudinem.
- Quartæ in Domo 6. quod brevi incidit in morbum cum magno labore; si in 12. longum morbum & angorem.
- Quintæ in 6. significat morbum per contusionem aut corrosionem, aut hujusmodi alias vias.
- Sextæ in 12. domo, morbum hominum & bestiarum.
- Septimæ in 12. domo, gravem morbum & longum.
- Octavæ in 12. morbum lethalem, &c.

CAPUT IV.

In quo generalis, de defectibus corporis & de locis ipsorum, prognosticandi ratio exprimitur.

Defectus denotant figuræ in 6. domo
- Aereæ, tactus, atque appetitus comedendi.
- Igneæ, visus & virtutis digerendi.
- Aqueę gustandi & facultatis retentivę.
- Terreę, auditus, atq; virtutis nutriendi.

Porro si quæstio facta sit pro ægroto, & figura ignea sit in domo 6. quæ est ægritudinis domus, & adsint duæ aliæ figuræ in sua societate ejusdem complexionis & naturæ, dices patientem habere oculorum mala & quod erit in periculo perdendi oculos. Atque ita de cæteris.

Si fuerint figuræ terreæ in 6. tota vis ægritudinis erit intra corporis membra & nervos, & plus damni afferent auditui quam aliis sensibus, atque etiam facultati comedendi magis nocebunt, vexabunt naturam, heparque male afficient, eritque gravedo membrorum à melancholia.

Si fuerint figuræ aqueæ in 6. erit morbus à putredine phlegmatica in corpore, habebitq; patiens defectum appetitus, & obturabitur alvus, eruntque ipsius spiritus admodum debilitati, & in corde dejecti: & si phlegmata fuerint sicca habebit os suum salsum & amarum, si dulcia habebit os suum dulce & multum sputum.

Si fuerint figuræ aëreæ, erit morbus à nimia sanguinis abundantia, eritque alvus astricta, & rubedinem habebit patiens in facie, & habebit alia signa complexioni præternaturaliter calidæ assignata.

Si fuerint figuræ igneæ, erit morbus à rubra cholera,

lera, eritque majus malum in carne & capite, & in venis temporum dolor cum defectu appetitus, aderitq; sitis, eritque frons rubicunda & os amarum, & sic in cæteris.

Denique locus in quo morbus adest in ægroto sic cognoscitur; Si Rubeus, vel aut figura aliqua alia invenia- tur in pri- ma domo & non se duplicet in alia, tunc dolor seu malum est in capite, si vero veniat in domum 2. est in collo, si in 3. in brachiis, si in 4. erit in pectore, si in 5. renibus, & sic in cæteris, uti in *Jatromathematica* nostra videri potest.

CAPUT V.

De morbi natura, an sit curabilis nec ne.

RESpice domum primam & 6. nam si figuræ earum sint terreæ, arguent longam & gravem infirmitatem: si de aëre aut de aqua, contrarium denotabunt: si de igne gravis erit morbus, sed non adeo diuturnus. Porro si judex fuerit ex primis 4. matribus, est malum præteritum, si de secundis est præsens, & si de tertiis erit morbus de futuro.

Si de morte patientis judicare velimus, domus 1. 6. 8. & 15. sunt considerandæ, atque etiam figuræ in iis inventæ. Notare ergo debemus an sint bonæ vel malæ; si enim sunt fortunatæ promittunt curationem, si malæ denotant augmentationem morbi aut mortem ægri: quæ sunt figuræ bonæ quæve malæ antea declaravimus, videlicet Cauda draconis, Puella, Rubeus, Amissio, Tristitia malæ, & earum contrariæ bonæ. Populus arguet multitudinem lugentium, Conjunctio præparationem pro sepulchro, & Carcer ipsum sepulchrum.

Si Luna egrediatur de Puella & de Minori Fortuna, rguet ſanitatem, ſed Amiſſio de Puero mortem: ſed Luna in 7. veniens ſanat ægrotum.



CAPUT VI.

In hoc vera & certa infirmitatis judicia juxta nonnullorum ſententias enucleantur.

RESpicias figurã 1. domus & 6. & ſi ſint bonæ & à bonis exeuntes, arguunt liberationem à morbo. Porro duo teſtes & domus 5. ſunt conſideranda: nam ſi Carcer ſit in domo 5. tunc erit morbus vix & cum difficultate curabilis. Præterea ſi Triſtitia cadat in domo 11. habebit patiens relapſum, atque etiam ſi fuerit in 2. & 6.

Si Acquiſitio aut Caput fuerit in 7. & Cauda in 8. eſt argumentum præſentaneæ mortis aut immediatæ evaſionis.

Si Via aut Fortuna Major fuerit in 6. evitabit periculum.

Si Populus fuerit in domo 12. ex duobus  Albis confectus, aut duabus  Conjunctionibus, aut duabus  Viis, aut ex duobus  Carceribus, aut duobus  Rubeis, aut de duabus  Amiſſionibus, aut duabus  Caudis, denota

notabit mortis periculum & populi planctum super mortuum. Albus denotabit fœminas lugentes; Conjunctio fabricam tumuli seu præparationem; Carcer fossæ seu sepulchri facturam; Rubeus mortem & sanguinem aut ignem.

Item si Rubeus sit in domo 8. aut 4. sive Amissio, arguet mortem violentam ratione possessionum aut latronum.

Si Puella sit in Conjunctione cum ipsis, arguit quod bona seu possessiones mortui erunt in lite, & manibus lictorum justitiæ.

Item Via significabit pompam, quæ erit in mortui sepultura facta; & Amissio candelas aut faces accensas. Cauda draconis avulsionem capillorum, quam facient fœminæ pro defuncto.

At si Populus est de duplici Fortuna Majore, aut de duplici Lætitia, aut duplici Puero, arguit Populum in domo infirmi.

Si figura 6. se duplicat in domo 1. arguet caput magis dolere quam aliquod aliud membrum, atque sic de aliis corporis membris, videlicet si in 2. vel 8. collum, &c.

Si Rubeus fuerit in 6. projiciet æger sanguinem per nares aut per alium locum.

Si Carcer, aut Tristitia fuerint in 6. domo, aut Fortuna minor, removebit lectum versus partem significatam per figuram.

Si figura 6. se duplicat in 7. proveniet morbus ratione famis: at si in 8. à timore. Atque hoc idem est intelligendum de aliis domibus.

Si figura 6. domus se duplicat in forti domo erit infirmitas longa, & diu erit priusquam evadat.

At ſi ſe duplicat in domo mediocri, morbus durabit non niſi tempore mediocri: at ſi in domo mobili, tunc cito finietur morbus.

Si figura 6. domus ſit maſculina, & ſe duplicaverit in domo forti, ægrotus languebit & in fine morietur: at ſi ſe moveat in mediocrem aut mobi-lem, morietur citius.

Plura de iſta prognoſticandi ſpecie hoc in loco non dicam, quia ſcio paucos fore qui fidem ei adhibere velint: at dico ego iis non artem ſed potius artiſtam ſpurium eſſe condemnandum: nam ultra imaginationem meam veritatem certam in iſta arte inveni, cum animam ad ipſam debito modo & cum cordis ſinceritate, atque mundanorum rejectione aut oblivifcentia applicui, uti alibi ſatis plane indicavi.

F I N I S.

OPUS

GEOMANTIÆ COMPLETUM.

IN LIBROS TRES DIVISUM,

QUORUM

I. Universam Geomanticam Theoriam,
II. Praxim,
III. Varias à diversis Authoribus decerptas quæstiones continet.

CURIOSIS RECENS DEDICATUM

Ab

H. DE PISIS, Doct. Med. Lugd.

QUÆ SCRIPSIMUS, IN QUANTU NATURALIA APPROBAMUS: SI QU HIC FORTE EXCIDERINT, QUÆ I CAUTIUS DIGESTA ROMANÆ D CRETIS ECCLESIÆ ADVERSENTUR, UT NON DICTA SINT, UTQUE NO SCRIPTA REVOCENTUR. CÆTERU MITIUS LECTORIS CHRISTIAN EXPECTANS JUDICIUM, ILLIU HÆC CENRURÆ LUBENS COM MITTO.

Authoris ad librum suum

EPIGRAMMA.

I, Liber, occultosque diu tandem exere vultus,
Prodi, quàm dulce est vivere carpe viam.
Nonnulli fortè exurgent, qui frangere cœptum
Cursum tentabunt, injiciéntque moras.
Horum aliquis si te, patremque lacessere verbis
Ausit, fac melius, dicito, victor eris.
Author me vacuo produxit tempore, tempus
Electum insumes, nec meliora fluent.

IN LIBROS NOSTROS *GEOMANTICOS* PRÆFATIO.

Geomantia quid.

HÆc divinationis species Geomantia, (quæ terrestris divinatio, seu terræ divinatio aliis dicitur) est vera mentis humanæ sensibus quo-mmodo externis, curísque & aliis affectio-bus solutæ & liberæ, interna & occulta sci-tia, cujus in intimis mentis humanæ reces-ous penitioribúsque ipsius adytis reservan-r rationes, sensibus externis imperviæ & ipenetrabiles.

In hac mens soluta & libera, agens in ima-nationem, & per hanc partes externas pun-ualibus lineis projiciendis aptas movens, iimæ sensa quadam ratione, tacitè quidem sine sensu nobis communicat. Hac enim)ertate & solutione, seu excessu mentis à nsibus abstractæ, Anima suarum non im-emor virium, inter quas & Prophetia uę incognitorum aut futurorum prædictio, u significatio quædam certa est) numera-tur,

Vide in actis Apost. cap. 11. v. 5.

tur, has nobis diversimodè aperit & expli-
cat, quod facere non potest quamdiu inte-
nis implicatur affectionibus, aut curis neg-
tiisque distrahitur.

1. Reg. cap. 10. v. 5.

Eam ob rem & Prophetæ quidam, omne-
que ad Tripodem Delphicam oracula e-
turi Vates, quodam furore perculsi fanatic-
mentisque ferociâ perciti quodammodo c-
bacchabantur, pro stultis habiti, stultitia-
cò majoris, quò ad veriora prędicenda libe-
ùs eorum mens, longiúsque divagabatur. S-
& stulti sæpiùs, moribundi, infantésque fut-
ra, tum sibi, tum aliis impendentia & imm-
nentia pręvident, & pręnunciant sine arte, a-
alia præparatione: quod illis nempe anim-
minùs corpori ut ita dicam jungatur, seu p-
sensuum vincula minus cohæreat cum obj-
ctis internis & externis, quodque & minor-
bus ipsa distractionibus à tranquillo pacat-
que suo statu dejiciatur: seipsa enim conte-
ta, tunc in seipsa felicius conquiescens, ali-
na, altioraque & distantiora speculatur: tu-
& etiam his puris pura ipsa & sincera, pecc-
torumque intacta labe existens, majorem cu-
cœlestibus Intelligentiis, Angelisque fam-
liaribus habeat commeatum, & è quoru-
quasi colloquio aut conferentia vera edisc-
eáque profert. Hæc mentis digressio seu ex-
cessus patet, pręter citatum locum, ex quibus-
dam sacræ Scripturæ Prophetis, qui salient-
& variis gesticulationibus, vel specie tenus in-
decentibus, corpus ultro citróque movente-
& ad certos numeros musicos jactitantes, &

Mentis digressio, 1. Reg. c. 19. vers. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

ple-

erumque nudi (Spiritu videlicet divino
repti, ſibique quaſi erepti) commiſſa ſibi
i arcana pandebant.

In Prophetis verò illis, qui accepta idolo-
m profundebant arcana, quæ major amen-
nota, quàm Tripodi amotis omnibus ve-
bus, clunibus denutatis inſidere, ventum
opheticum ex cavernis quibusdam, antrís-
ie umbris ipſis vel denſiſſimis obſcuriori-
is, ſubterraneíſque, ſeu potius infernalibus
ecubus expectare, imò & per partes ipſas
ſticas toto proſtrato corpore excipere, epi-
ptico quodam motu hinc inde commove-
oculis torvis, capite nutante, ore diſtorto
ſpumante, verbisq; interruptis, illam ani-
æ à corpore diſtractionem, ſeu mentis ex-
ſſum profiteri?

In ſtultis interruptum illud mentis cum corpore commercium, per ſe patefit ſatis, ut
in moribundis & infantibus, de quibus di-
um ſuprà eſt, dum & ipſi ſpecies etiam quas-
m oculis aſſequuntur, aliis vel lynceis præ-
tis oculis imperceptibiles (quod halluci-
tioni quidam tribuunt, imperfectæque or-
norum animæ diſpoſitioni) quod ea tamen
erumque è cauſa non contingit, ut dictum
ſuprà.

Stultis

Geomanticis proinde non neceſſariam,
nquam è re ſtultitiam, amentiam, aut ex-
emam illam ἄνοιαν nolim concludere, ſed
nplicem ſaltem animæ à ſenſibus externis,
ernísque, ſi modo fieri ad illud poſſit, ab-
ctionem, & abſtractionem.

Quæ Geomantiſtæ neceſſaria?

Ad

Ad hanc ideò primùm ſcientiam acceſſi ris, veteres Geomantiſtæ tranquillam & p catam, nullisque criminum aut peccatoru ſordibus inquinatam animam,& cum Poëta

Integrum vitæ, ſceleriſque purum,

mentem itidem quietam, nullisque intern externisque perturbationibus perviam, nu lis privatis negotiis, curis, ſollicitudinibu litibus,inimicitiis diſtractam,omnibus penu riæ & indigentiæ moleſtiis liberam exopta bant: ne videlicet huic incumbentem ſcien tiæ, ullus clamor,terror,comparandæ rei ne ceſſariæ ſollicitudo, aut alia hujusmodi qua libet perturbatio ab opere incepto poſſi avertere.

De mentis integritate.

Cum autem omne donum veniat de cœlo à Patre luminum, idcircò mentem puram & ſinceram, hominémque Deo amicum hui ſcientiæ aptum ſolum judicarunt: hæc enim ſcientia eſt animæ ſcientia, tantò aliis præ ſtantior, quò nobilius eſt ſubjectum & fini

Tempus eligendum.

Quod ad reliqua ad hanc artem, ſeu ſcien tiæ hujus praxim ſpectantia, eligunt nonnul li pro tempore Tempus nocturnum, ut Ge ber, obſcurum, cæca caligine, denſisque te nebris opacum, & horrendum,quod videli cet tale tempus ad terræ temperamentum propiùs, ſiccitatem nempe frigidam, prop ter Solis vivifici illius caloris & radiantis ab ſentiam, accederet; Tum & quod noctem Saturni ſtabilis & firmi planetæ influentiis & benignitate foveri dicerent, quippe qui pro piùs è planetis ſuâ frigidâ nempe ſiccitate ter ræ itidem temperamento reſponderet.

Eg

Ego verò cum aliis, tum veteribus, tum
ieotericis hujus artis profeſſoribus, ra-
ioni fidens, ſerenos potiùs dies, pacatos,
ventis nubibuſque carentes eligendos
enſeo: ſpiritus enim animales ſubtiliores
unt, influentiæque cœleſtes (quæ hac in
rte maximè ſpectantur) facilius & ſine
mpedimento fiunt, horaſque matutinas
olis ortum proximè aut antecedentes
ut ſubſequentes, tum enim mens quie-
ior exiſtit, vaporéſque è ventriculo (fa-
tâ cibi pridiani digeſtione) & cæteris ali-
s partibus inferioribus ad cerebrum mi-
iores elati aſcendunt. Quamvis tamen
æc ars quovis tempore, qualibet hora,
uovis etiam cœli ſtatu, aut poſitu poſſit
bique exerceri, ob id quippe inventa, ut
um per temporis incommoditatem, e-
hemeridum & aliarum rerum, ad figuræ
ſtronomicæ ſeu Horoſcopi aſtronomi-
i erectionem, defectum, temporiſque
revitatem, Aſtrologiæ non eſſet locus,
lli ipſa ob facilitatem ſubſtitueretur.

Geomantiæ utilitas; exercendi tempus, ejusque ratio.

Locum præterea ſecretum, ab omni
naximè murmure & ſtrepitu ſemotum,
mmò & in quo operator diu & ſine diſtra-
tione poſſit conſiſtere aliis præfero: vel
ninima enim mentis in hac operatione
verſio tanti eſt momenti, ut cum ea cer-
i vix quid expectari, aut renunciari poſſe
ideatur.

Quod ad materiam ad hanc artem, tan-
uam ſubjectum externum, neceſſariam

Mens apta ad punctuationē.

 perti-

1. *Sabulum cum virga.* pertinet, ſolebant antiquiores punctuales lineas in ſabulo ſolo ſeminare, facie ad Solem obverſa, idque baculo longo, ſolido, firmo & tereti, (quali in ſclopeticis inſtrumentis ad ictum aptandis, premendoque pulvere pyrio, uti ſolemus) levi nempe illius ad terram contactu.

2. *Aſſer cum ſtylo.* Alii ligno ſeu aſſeri politiſſimo, acus ferreæ aut ſtyli acuminati mucrone, ſua puncta leviter inſpergebant.

3. *Terra ſolida.* Alii in terram ſolam planam & compactam, ſuas lineas baculo ſuperiùs deſcripto inſcribebant.

4. *Pulveres ſicci.* Alii minuto pulvere, aut ſabulo, farina, cineribus cribratis, aut ſubtili creta, tabulas latas inſpergebant, in quas ſtylo acuto ligneo, aut buxeo, aut eburneo aut oſſeo ſua puncta projiciebant.

5. *Ardeſia.* Alii denique in lapides illos ſciſſiles ſubnigros (quibus ad inſcribendas cretâ rationes Germani, domoſque prædivitum, acuminataſque integendas turres multi paſſim utuntur, Ardeſiam aut *Ardoiſe* Galli vocant) ſeminabant, ſtylo ex ejuſdem lapidis portiuncula facto, aut ferro peracuto, quòd hæc omnia in ſiccitate cum terra convenirent.

Cùm verò importunius eſſet in urbibus amplis & populoſis operaturo, ſemotos ejuſmodi arenoſos & terreos locos quærere (inter eundum enim perfacilè elabi mente propoſita quæſtio poterat) cum ejus propoſitionis hora ad hoc per-

neceſſaria,

necessaria, cumque insidas etiam punctuationes, terræ illæ, sabulosæ, cineritiæ, farinaceæ, & cretosæ in persiones redderent, nec omnia itidem puncta projecta lapis ille Ardesinus reciperet, nec proinde repræsentaret, hincque multi ad magnum artis dispendium nascerentur errores; cumque inter subjectam hanc materiam parum interesse fuisset judicatum, in horum omnium locum sapientes illi veteres chartam albissimam nullisque nævis aut punctulis conspurcatam, atramentumque nigerrimum, (aliis neglectis coloribus, qui exactè ita ex albedine non exurgunt) pennamque ad benè & aptè scribendum aptam suffecerunt, quòd videlicet omnibus penè ad manum essent, minori præparatione indigerent, omnia inscripta facillimè recepta & projecta puncta fideliter repræsentarent.

Hæc propositionis quæstionis necessaria in punctorum projectione.

6. Atramentum.

Et hæc de tota hujus artis præparatione, antequam ad Theoriam accedatur, dicta sufficiant.

DE
THEORIA GEOMANTICA
APHORISMI, SEV REGVLÆ, ante punctorum projectionem maximè notandæ.
LIBER PRIMUS.
CAP. I.

Regula 1.

Est primò notandum, propositam quæstionem cum hora planetaria propositionis, ejus chartæ summitati, in quam facienda erit projectio esse inscribendam, ut animo faciliùs adhæreat.

Horæ Planetariæ seu inæquales.

Horæ autem Planetariæ inveniendæ modum sic habe. Partire totum tempus quo Sol supra horisontem remanet, à crepusculo videlicet matutino, ad crepusculum serotinum in duodecim partes æquales: si verbi gratia per octo, novem, undecim, aut 14. horarum plus minus spatium in nostro perlustrando hemisphærio insumat; tempus itidem nocturnum ab uno etiam crepusculo ad aliud, à crepusculo videlicet serotino quod fit 30. minutis, plus minus, à tempore quo nostro sese eripuit horisonti, ad crepusculum sequentis diei matutinum, quod itidem est circa mediam horam antequam

etiam

HORÆ

Horæ diei.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
	Horæ								Diurnæ.			
	M	F	M	F	M	F	M	F	M	F	M	F
Lunæ.	Luna	Saturnus	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter	Mars	Sol
Martis.	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna
Mercurij	Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter	Mars
Jovis.	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.
Veneris.	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter
Saturni.	Saturnus	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter	Mars	Sol	Venus
Solis.	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnu

Punctum Meridici.

Ad pag. 181. *

PLANETARIÆ.

Horæ											Nocturnæ.
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
M	F	M	F	M	F	M	F	M	F	M	F
Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter
Saturnus	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter	Mars	Sol	Venus
Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus.	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus
Luna	Saturnus	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter	Mars	Sol
Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercru.	Luna
Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter	Mars	Sol	Vneus	Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter	Mars
Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.

Punctum mediæ noctis.

etiam Sol manifeſtus nobis appareat, quod eſt tempus quo nobis primùm refulget aurora, ſolque aſcendentis punctum tangit, in 12. partes equales etiam eſt dividendum: & dividetur totum ſpatium diei ſolaris in 24. partes, inter ſe inæquales, niſi quum utrumque Æquinoctiorum punctum ſol attingit, diei enim tunc cùm nox reſpondeat, utriuſque in æquas partes diviſi in 12. ſectio, 24. partes, ſeu 24. horas æquales dabunt; quæ alio quovis anni tempore, ratione ſupradicta ſunt inæquales, magis tamen quum ſol ad utrumque tropicum magis fertur, adeoque in ipſis punctis tropicis; dies enim & noctes inæquales, in 12. quæque partes æquales diviſæ, inæquales ut ſupra 24. partes ſeu horas dabunt planetis diſtribuendas hoc modo. *

Diviſo diurno ut dictum eſt ſpatio, primum illud ſpatium ſeu horam à puncto aſcendentis dabis planetæ cujus nomen obtinet ille dies; ſecundum ſpatium, ſeu ſecundam horam planetæ ſphærarum ordine ab illo proximè deſcendenti; tertiam, tertio: & ſic conſequenter, donec ad lunam veneris, tum enim ad Saturnum rurſus planetarum altiſſimum aſcendes, procedendo in tua diſtributione, donec 24. numerum expleveris, ut patet in ſchemate ſequenti, quod & ſexum etiam horarum, maſculina an fœminina ſit, exhibet.


Sic & in singulas primas diei horas incidet denominatio planetæ diem totum ipsum denominati, eo nempe ordine quo se dies invicem in hebdomada consequuntur; sic & die dominica seu die solis, sol primam illius diei horam habebit, cum 8. 3. nocturna, & 10. nocturna; sic de aliis suo ordine planetis judica; quorum denominationem facile ex nomine diei cujuslibet invenies, ut schemate constat præcedenti.

Hoc autem se ordine planetariæ conse-

Ordo & series planetarum.

1	2	3	4
♄ *Saturnus.*	♃ *Jupiter.*	♂ *Mars.*	☉ *Sol.*
5	6	7	
♀ *Venus.*	☿ *Mercurius.*	☽ *Luna.*	

quuntur sphæræ, incipiendo iterum à Saturno, quod ut melius percipiatur, ex hoc schemate poterit faciliùs concipi.



Harum autem horarum aliæ sunt masculinæ, aliæ fœmininæ sese invicem ordine supra posito subsequentes ad 24. *Horarum sexus.*

Aliæ sunt horarum distributiones, quæ cùm ex motu solis proprio & semper æquali constent, æquales dicuntur, seu horologicæ, & ab Astronomis ab uno ad alium meridiem numerantur, & distribuuntur, ut dicetur infra. *Horæ æquales seu horologicæ.*

Horæ autem hæ sunt totum illud spatium quo supra nostrū horizonta oriuntur & emergunt 15. partes seu gradus Æquatoris, seu si mavis quo sol 15. ejus partes dimetitur: duabus enim horis sol unā pera- *Sol duabus horis domum peragrat.*

grat domum ſeu 30. circiter gradus Æquatoris.

Hæ quidem horæ ſolares, æquales dicuntur ſeu horologicæ, quòd per horologiorum noſtrorum motus exactæ ſatis nobis indicentur, motuque ſolis ſemper æquali indicentur, & æqualiter ſemper procedant.

Diviſio Æquatoris. Dividitur Æquator, ut & omnes ſphæræ circuli in 360. gradus ſeu partes, quæ in 24. æqualiter diviſæ, reddunt 15. partes, quæ horæ uni noſtræ reſpondent: ſic Sol intra diem naturalem motu primi mobilis, totum orbem circulariter circundat, circulusque quem ſuo perficit motu in 360. etiã ſecatur partes, reſpondebunt Æquatoris.

Horarum variæ dimenſiones. *Romanorum horæ.* Has autem horas diverſè varii metiuntur. Primi enim Romani à prima vigilia incipiẽtes; id eſt ab hora unâ & ſemis ante ſolis ortum, eas in aliquot partes dividebãt partiebanturque in ſingulas ſuas partes tres ex noſtris horis aſſumẽtes, ſic hora prima dicebatur ab illa prima vigilia ad horam noſtram à ſolis ortu primam; tertia ab illo tempore ad horàm noſtrã nonam; ſexta ad horam noſtram duodecimã, nona à meridiei puncto ad tertiam pomeridianam, quâ veſperas incipere dicebant horas, itidem ad primam noctis vigiliam quæ erat prima poſt ſolis occaſum hora.

Italorum horæ. Has Itali ab ortu ſolis ad alium & ſequentem ortum numerant, numerantes etiam conſequenter ad numerum 24.

Galli

Galli à media nocte, quâ scilicet sol in puncto nostri nadaït seu imo cœli est, numerantes, ad punctum meridianum 12 numerant, eundémque numerum ab eo puncto meridiano ad mediam sequentem noctem, 12. etiam æqualibus horis distribuũt suúmq; diem naturalem efficiunt. Astronomi verò ab uno meridiano ad aliud sequentis diei punctũ seu contactum solis ad meridiem numerant, ad numerum 24, pro 1. post mediam noctem numerantes decimam tertiam diei præcedentis, & sic consequenter ad meridiem sequentem.

Communes horarum denominationes & distributiones.

2. Quæstio est semper unica proferenda, simplex, & sola, ad evitandam confusionem.

2. Quæstio sit una.

3. Omnes animi perturbationes omnésque affectiones sunt procul amandandæ, ut supra dictúm, tum maximè, si eam ob rem projectio instituitur. Exempli gratia si de furto agatur, aut aliâ re simili, odium & vindicta operanti omninò exuenda & deponenda, ménsque à fure avertenda, totaq; ad operationem convertenda: sic & in simili qualibet aliâ quæstione, mens enim turbata mendosas exhibet figuras, fallacem itidem effectum prænunciantes.

3. Amovenda omnia distrahentia.

4. Puncta nullo modo numeranda sunt, cũ enim fieret projectio consulta, quæ debet esse fortuita. Nulloq; modo exurgentis ex punctorum projectionibus figuræ qualitati incumbendum est inter ipsam projectionem, tum enim, vel metus malæ

4. Puncta non sunt numeranda.

 figuræ,

figuræ, aut gaudium bonæ figuræ, maximè distrahit: tota igitur mens est quæstioni danda.

5. Nota.

5. Tantum atramenti prima vice accipiendum est, ut universæ sexdecim linearum punctuationi facillimè possit sufficere. Namque vel minima inter punctorum projectionem distractio superveniens, aut colloquutio simplex, irritam facit figuram, totam confestim & sine judicio frangendam, denuòque incipiendam.

6. Una figura sufficit.

6. Projectæ figuræ unius pro una re judicio standum nec alia secundò proijcienda est, ut tentes an aliqua subsit contrarietas. Tum enim est mala tentatio, reddens utrúmque schema falsum & mendosum: Si tamen primum schema sit sine judicio facto amissum, aut fractum, judiciúmque ex illo sumptum omninò memoria fuerit elapsum, secunda (rarò tamen) fieri poterit projectio, quæ prioris tamen vires non obtinebit.

7. Quæstio sit de incognitis.

7. Non est instituenda quæstio ad ferendum judicium de re aliqua cognitâ, quod imprudentis est & amentis, scientiásque contemnentis.

8. Quæ irritum apud autores faciunt judicium primò.

8. Si o o / o o / o o / o o (populus) in primam figuram cadat, frangenda est punctuatio tota, & alia denuò incipienda, ut & si ibi sit o o / o / o o / o o rubeus.

beus, vel o o o o cauda draconis.

Ego tamen multoties judicium certum cepi ex illis schematibus in quibus fuerit o vel o o in prima; quæ videlicet naturam & complexionem quærentis designarunt, proindeque haud minimam lucem reliquis figuris dederunt.

9. Si o o populus in præcipuis schematis locis, id est, in domo prima, quæ est quærentis, in domo quæsiti, in angulis videlicet in 10. 7. aut 4. aut in testibus 13. aut 14. & judice, in 15. si maximè ibi aliquoties reperiatur vanum judicium: nisi fiat quæstio de multitudine, aut impudicitia meretricis, tum enim illam indicat.

9. Hic 2.

Ego etiam o o o o laudo, nec in prima tantùm, sed & in pluribus etiam locis pro binis illis quæ suprà quæstionibus, & pro itinere, si maximè ex illa fiant figuræ bonæ, vel saltem intentioni respondentes.

10. Judex quinque aut septem punctis constans, errorem in figuris factum & corrigendum præcessisse indicat.

10. De Judice, tertio.

11. Quatuor primæ figuræ è punctis proximè factæ, similes & eædē inter se, totam vanam

11. Quarto

vanam projectionem indicant & inci-
piendam.

12. Quintò. 12. Quatuor filiæ quatuor matribus si-
miles, quamvis inter se diversæ, vanam
etiam totam figuram indicant.

13. Sextò. 13. Quatuor anguli contrarii, judicium
totum destruunt.

14. Septimò. 14. Si in nullo angulorum sit figur[a]
domini horæ propositæ quæstionis, judi-
cium de schemate non est ferendum.

15. de testibus bonis & 15. 15. Figura 13. bona cum 14. quæ sun[t]
duo testes, bonum rei exitum prædican[t]
& maximè consentiente 15. id est judice.

16. de testibus naturæ mixtæ. 16. Si 13. bona est & 14. mala, malun[t]
prænunciant rei exitum, maximè consen-
tiente 15.

17. de testibus malis & bono judice. 17. Utroque teste, id est 13. & 14 mali[s]
& judice, id est 15. bono, quæras judiciun[m]
à figura quartæ domus, quæ rei finem se[u]
exitum semper declarat.

18. de angulis fœlicibus. 18. Quatuor anguli fœlices & fortunat[i]
totum schema fortunatum reddunt.

19. de angulis infœlicibus. 19. Quatuor anguli infortunati & infœ-
lices, id est signis figurisq; malis occupat[i]
reliquum totum schema infortunant.

20. de domo mala. 20. Domus mala, id est, à malo signo oc-
cupata, figuram bonam in ipsa conten-
tam inficit.

21. Anguli præstant viribus aliis domibus. 21. Domus angulares cum suis figuris
majorum sunt virium quàm aliæ seu suc-
cedentes, aut cadentes, & maximè si fue-
rint fixæ, suntq; 1. 4. 7. 10. quarum 1. alii[s]
deinde 10. postea 7. & ab illa 4. viribu[s]
præstat, notantque tempus præsens. 22.

22. Domus succedentes angularibus ribus succedunt, suntq; illæ quæ ipsas oximè ordine sequuntur, ut 2.5.8.11 ha- m 5. & 11. aliis præstant, quas sequitur futurum tempus indicant.

22. Succedentes cadentibus meliores.

23. Domus cadentes minorum sunt om- bus aliis viriũ, si tamen non sint domus ropositæ quæstionis, nona majorũ est vi- um; ab hac 3. præteriti temporis judices.

23. Cadentes viriũ minimarum sunt.

24. Figuris fixis si tota penè constet fi- ura, bona est: figuris enim mobilibus & ommunibus fixæ, tum quoad certitudi- em effectus, tum quoad bonitatem ejus, bique præferuntur.

24. Figura fixa fortunata.

25. Figuræ autem fixæ sunt, quæ punctis summitate paribus constant, infra autem mparibus, seu quæ majori numero pun- torum constant in medietate superiori, quã in medietate inferiori: suntque ortuna major, acquisitio tristi- ia, puella, albus caput lraconis, quæ instar pali videntur infixæ.

25. Figuræ fixæ quæ.

26. Figuræ fixæ, firmæ & stabiles dicun- ur, quòd rem faciant firmam & stabilem, xitumq; per se certum seu in bono seu n malo sint signo, in bona vel mala do- no, boni vel mali planetæ aspectu.

26. Effectus figurarum fixarum.

27. Fi-

27. Figuræ fixæ bonæ.

27. Figuræ omnes fixæ bonæ sunt e[x]cepta o o o o o o o tristitia.

28. Figuræ mobiles quæ?

28. Figuræ mobiles sunt quæ fixis o[p]ponuntur, id est, quæ majorem numeru[m] punctorum in parte inferiori habent, m[i]norẽ verò in superiore, quæ mobiles pr[o]inde videntur o o o o o o o lætitia, o o o o o o fortuna m[i]nor, o o o o o o amissio, o o o o o o o rubeus, o o o o o o puer, o o o o cauda draconis,

29. Figuræ omnes mobiles malæ.

29. Figuræ omnes mobiles malæ su[nt] excepta o o o o o o o lætitia.

30. Figuræ communes seu bicorporeæ quæ?

30. Figuræ communes seu bicorpore[æ] sunt, quæ nec mobiles sunt nec fixæ, mob[i]les tamen sunt in domibus & signis mob[i]libus, fixæ in fixis, suntque mediæ ideòq[ue] n[a]turæ inter fixas & mobiles, & sunt numer[o] quatuor, o o o o via, o o o o o o o o populus, o o o o o o carcer o o o o conjunctio; suntque navis instar aut ca[n]crorum aut currus quatuor rotarum, q[uæ] in utram velis procedere partem, aut rec[e]dere possunt, sunt hæ natura mediæ inte[r] fixas & mobiles, excepto o o o o o o o qui malu[s] est

31. Signa porrò mobilia sunt ♈ Aries, ♋ Cancer, ♎ Libra, ♑ Capricornus, quorum denominationis ratio, est mutatio temporis quotannis manifesta, dum Sol horum aliquod signorum ingreditur; sicque quatuor anni tempestates incipit *Ver*, videlicet quum ingreditur punctum æquinoctiale vernum, quod est primus gradus ♈ Arietis.

31. Signa mobilia quæ?

Quatuor anni tempora.

Aestatem, Cum Sol æstivalis solstitii punctum primum ingreditur, id est, primum gradum ♋ Cancri.

Autumnum, cùm punctum solstitii autumnalis Sol ingreditur, primum nempe gradum ♎ *Libræ.*

Hyemem, cum solstitium ingreditur hybernum, primum videlicet gradum ♑ *Capricorni* diametraliter alteri puncto Solstitiali oppositum.

Vocantur autem mobilia, quòd fiat transitus ab una aëris dispositione in aliam, sic à frigiditate sicca hyemali, in caliditatem & humiditatem vernalem, incipiente vere ut dictum est seu sole ingrediente primum ♈ punctum. Sic de aliis aliarum tempestatum mutationibus statuendum est, ut dictū est, ut patet ex infra posito schemate.

Cur vocantur mobilia.

Horum a. quatuor signorum duo vocantur tropica seu conversiva seu solstitialia; quorum nempe ingressu sol eosdem describens circulos à polis quibus proximus est & à nobis remotissimus recedit ad partem oppositā; horum unum est ad polum

Signa tropica seu solstitialia quæ.

lum borealem nempe ♋ in cujus 1. grad ☉ existens, polo boreali quàm potest pr ximus est, & inde ad partem oppositã r cedit, nempe ad aliud signũ tropicũ, ne pe ♑, in quo existens à nostro polo quà longissimè potest, abest. Hinc illa noctiu dierumq; inæqualitas: cùm enim ☉ nob vicinior est, majoresq; proinde suprà n strũ horizonta circulos motu suo diurn describit, totumq; mundũ intra 24. hor cursu suo necessariò circundare debea sequitur ut dies ipsius præsẽtia sunt nob longiores, sic & noctes brevi ipsius absen tia breviores multò esse, & contrà in hi mali solstitio, cùm sol videlicet brevio tempore nostrum horizonta perlustrat.

Unde dicantur solstitia. Solstitia dicuntur quòd sol quadam ra tione ipsis insistat antequam viam in par tem oppositam reflectat, hæc verò æsta tem ut dictum est hyememque incipiunt

Alia duo vocantur æquinoctialia, quò nempe lineam seu circulũ æquinoctialem in duobus punctis è diametro oppositis attingant, in primo nẽpe suo puncto sunt que ♈ ♎ quorum ille Ver, hæc autum num (dùm solem admittunt) inchoant.

Dicuntur æquinoctialia ἰσημερινὰ καὶ νυκτημερινὰ, Græcis quod sol in illis existens dies noctesque æquales per totum mundum faciat. Distat hæc linea æquinoctialis æqualiter ab utroque tropico in medio posita, quam qui pro horizonte habent, illi & utrosque polos alterum pro vertice seu zenith, alium

pro

pro imo cœli, ſed nadaïr habent & æquino-ctia toto anno: Sed de his fuſiùs, quum è re nata de aſtrologia tractabimus. Hæc videbis clariùs ſchematibus ſequentibus. *

Signa fixa quæ. Alia quatuor ſigna his proximè & ordine ſubſequentia vocantur fixa, quod videlicet receptam à ſole ab aliis ſignis exeunte temperiem ſervent,& ſine mutatione evidentiori cuſtodiant,ſúntque ♉, ♌, ♏, ♒, inceptam enim in ſuperioribus ſignis aëris tempeſtatem, hæc ſol pererrans ſigna, continuat, éſtque vera tunc quartæ illius temperatura. Sunt autem ſigna fixa ♉ *Taurus,* quo Veris tempeſtas, ♌ *Leo,* quo æſtatis temperies, ♏ *Scorpius,* quo autumnalis temperatura, ♒ *Aquarius,* quo itidem hyemalis magis eluceſcit.

Signa communia. 33. Communia ſunt quatuor reliqua, nempe ♊ *Gemini* ♍ *Virgo* ♐ *Sagittarius* & ♓ *Piſces*, ideo dicta communia quòd ſol in illis exiſtens à tempeſtate præcedenti, verbi gratia à ♓, ad ♈ tempus efficiat de frigido humido brumali & humido calido vernali particeps, de utraque nempe utriúſque tempeſtatis temperatura participans, per unam duntaxat qualitatem ſic i ♊ humidum Vernum & Calidū,cum calido ſicco æſtivo aliqualiter concurrit, quod ſiccum ſequentibus deinceps ſignis confirmatur,donec domito calore ſiccitas æſtatis cum ſiccitate frigida autumnali in ♍ concurrant: quæ frigiditas autumnalis (ſiccitate domita) cum frigiditate humida hyemali tandem in-

♐ transeat; & hæc de natura signorum, & distributione quatuor anni tempestatum obiter dicta sufficiant, de his fusiùs olim Deo juvante dicturis.

34. Figura fixa quando mobilis.

34. Figura fixa multoties in schemate ad alias domos transiens, id est iterum in alias domos incidens, seu mutata in malis maximè domibus, pro mobili habetur, viriumq; suarum nonnihil amittit nisi duplicetur in domibus convenientibus, ut videlicet faciat conjunctionem, aut transeat in domum quæstionis, vel in decimam tertiam aut decimamquintam, tum enim fit validior.

35. Figura mobilis quando fixa.

35. Figura mobilis aut bicorporea seu communis in cardine uno solo inventa, aut in signo fixo, nullamque aliam in domum transiens, vim habet magnam, & figuræ fixæ naturam sortitur, effectumque suum fortiùs promittit.

36.

36. Figura bicorporea transiens in varia loca pro mobili semper est habenda.

37.

37. Figuræ igitur in signis naturæ suæ contrariis inventæ v.g. fixæ in signo mobili, mobiles in fixo, pejores redduntur in judicio, melioresq; sunt in signo suæ cujusque naturæ convenienti & proprio.


38.

38. Per quamlibet domum promittetur bonum aut malum, proficuum aut damnum, pro natura figurarum quibus conjungitur figura cujusque domus, ut dicetur infrà, cùm de conjunctionis judicio dicetur posthac fusiùs.

39. Pla-

39. Planeta, ſeu figura planetæ in ſua do- 39.
no, id eſt, in domo ſuæ naturæ, complexio-
nis aut exaltationis inventus, tantò erit for-
tior.

40. Domus oppoſitæ torvo & inimico in- 40.
tuitu ſibi oppoſitas intuentur, & proinde ſe
invicem vel lædunt vel adjuvant ſecundùm
naturam quæſtionis, ſigni & planetæ ibi in-
ventorum; ſic prima opponitur ſeptimæ, &c.
ut patet ex hoc ſchemate.



 41. Do-

41. 41. Domus sexta & duodecima maximo sese odio prosequuntur, utræque malæ & cadentes.

42. 42. Quarta figura seu figura quæ in quartâ est domo pro quæstionis exitu est semper habenda, nec in quæstionibus solis ad quartam domum pertinẽtibus, sed & in quibusvis aliis; ex ipsa enim cum judice & 13. figura, & figura domus quæstionis est judicandum.

43. 43 Subjudex, id est figura 16. ex 1. & 15. figura conflata, maximè est considerandus, tota enim vis & significatio judicii ex ea emergit.

44. 44. Figura bona ex bonâ & malâ figurâ prognata, bona est, reique finem cum tempore & labore expectandum ostendit.

45. 45. Duæ figuræ bonæ, unam malam producentes, suam tantisper vim & bonitatem retardant, non amittunt: ut & duæ malæ unâ bonâ sunt fortiores.

46. 46. Figuræ duæ solares, id est ad solem per-

o o   o
tinentes, o o   o *fortuna* illa *major*, *mi-*
o   o o
o   o o

nor hæc vocatur apud Geomantistas, non autem ♃ & ♀ ut apud astronomos.

o o   o o
47. 47. Sic & Saturninæ duæ o o   o o *Tristi-*
o o   o o
o   o

tia & *Carcer*, infortunia vocantur, majus hic illa minus, non ut apud Astronomos ♄ & ♃.

48. 48. Figuræ judicium fit primò ex ipsâ figu-

gu-

guræ naturâ, eaque vel Elementari, quæ est ignea, terrea, aquea, aërea; 2. Naturali seu Essentiali, quæ est mobilis, fixa, corporea, seu communis: 3. Accidentali, quæ est bona vel mala, in tali vel tali domo, bona in hoc vel illo posita, idque ratione aspectuum vel signorum in domos contingentium; 4 aut Planetaria, quæ videlicet pertinet ad bonum vel malum planetam, directũ aut retrogradum, seu velocem aut tardum, 5. aut quatenus cum dicto domino horæ convenit, 6. aut ratione signi, in quo reperitur ipsa, 7. aut dom9, quà videlicet planeta quem figura refert, est in sua domo, sive signo, vel alienâ aut opposita, in sua exaltatione, depressione, triplicitate, aut qua figura transit in bona, vel mala loca, secundùm quæ varios potest bonos vel malos prædicere effectus.

Quot modis figuræ considerantur,

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Triplicitates hîc geomanticas & astronomicas sponte omittimus.

49. Denique vires figurarum accidentale ex hoc schemate accipies.

Figur. ☉ { *Velocas cursus.* { o o / o o / o / o / o / o — *Fortuna major* in 5. 6. 9. & 11. optima est, alibi ubique bona.

{ *tardi.* { o / o o / o o / o o — In 8. semper mala, in aliis semper bona, maximè in 2. *Figura* ☉

{ *aucta lumine velocis cursus.* { o / o / o / ● — *Via* in 2. bona, alibi ubîque mala. *Fig. Lunæ.*

Fig. ☾. *Plena aut diminuta lumine seu tarda motu.*

o o *Populus* semper mala
o o nisi in quæstionibus
o o itineris, tum enim in
o o 9. incidens, aut 3. bona est, *Catan* dat ipsi bonitatem cum bonis & malitiam cum malis, innuitque ipsam bonam in 9. malam semper in 8. vide supra aphoris. 8. 9.

Fig. ♄. *Dir.*

o
o o *Carcer* in 2. bona, ali-
o o bi mala, maximè in
o 6. 7. 8. 12.

Retrog.

o o
o o *Tristitia* in 8. & 12.
o o bona, alibi mala; in
o 1. & 2. mediocris.

Fig. ♃. *Dir.*

o o
o *Acquisitio* in 7. sem-
o o per mala, alibi sem-
o per bona, & maximè in 1. 2. & 6.

Retrog.

o
o o *Lætitia* in 6. 8. 12.
o o mala, in aliis bona;
o o maximè in 5.

Dir.

o o
o *Rubeus* in 4. & 7.
o o semper bona, alibi
o o ma-

mala; si de lite aut bello sit quæstio; bona est in 1. & 2. quæ spem rei significant.

Fig. ♂ *Retrog.*

o
o
o o
o

Puer in 2. & 6. mediocris, alibi mala.

Fig. ♀ *Dir.*

o
o o
o
o

Puella in 5. & 3. optima, alibi bona.

Retrog.

o
o o
o
o o

Amissio in 8. bona, in aliis mala: in 2. pessima, pro substantia, ejus enim amissionem indicant.

Fig. ☿ *Dir.*

o o
o
o o
o o

Albus mala in 10.

Retrog.

o o
o
o
o o

Conjunctio mala cū malis, bona cum bonis; in 7.9.10. mala, in 8. mortem significat, in 12. Carcerem.

Fig. ♃ & ♀ *Dir.*

o o
o
o
o

Cap. drac. cum malis mala, cum bonis bona; In 7. & in 12.

♂ & ♃ *Retrog.*

o
o
o
o o

Cauda drac. cum malis bona, cum bonis mala; bona in 4. 6.9.12. mala in 2.

Huc refert annotata**

Has figuras ex ſaniore ſapientiorum Geomanticorum parte, ſuis Planetis adſcripſimus, quamvis nonnulli apparenti quodam phantaſiæ motu aliter ſentiant. Inter quos

o o
alii o *puerum* pro o o *puella* & viciſſim ac-
o o o
o o

cipiunt ut dictum alibi. Alii neſcio quibus ratio cidationis & experientiæ fictæ regulis, planetis eaſdem figuras, ſed ſibi contrarias in compoſitione adſcribunt, exemplo aliorum ducti, qui utrámque fortunam

o o o
o *minorem* o o *majorem* ſolitardo aut velo-
o o o
o o o

ci motu tribuunt, ſicque Saturno directo

o
o o *carcerem* figuram communem dant, ei,
o o

o o o
dem retrogrado o *conjunctionem* tribuunt,
o
o o

figuram communem ſeu bicorpoream: Jovi

o o
directo o *acquiſitionem* fixam, retrogrado
o o
o

o o o
o o *amiſſionem* mobilem. Marti dir. o o *al-*
o o
o o o o

bum

o o
um fixam, retrogrado o *rubeum* mobilē,
o o
o o o
Veneri directæ o *puerum* fixum, retroga-
o o
o o
læ o o *puellam* mobilem, Mercurio directo
o
o
o o o
o o*tristitiam* figuram fixam, retrogado o o
o o o o
o o o
tatitiam mobilem: Lunæ utrâsque alias com-
o o
munes seu bicorporeas o o *populum* nempe
o o
o o
o
tardæ o *viam* veloci.
o
o

Sed hęc ut nullis stabilita fundamentis, nul-
lisque consentanea rationi, nec ab ullo pro-
bata authore, imò nec experientia, reliquis
ut veris & probatis insistentes rejicimus, ut
enim in arte hac confusionem, sic & in ex-
perimentis nec incertitudinem tantùm, sed
& in regulis & axiomatibus ab omnibus
hactenus traditis falsitatem inducunt.

De punctuali lineatione projicienda, & primò de Matrum creatione.

CAPUT II.

NOtatis & memoriæ mandatis superio-
ribus animóque & mente, ut supradi-

Præparationes ante operationem.

ctum est paratis, tempore, loco materiaque ad projectionem apta electis & dispositis, secede in locum à rumore semotum, ibíque in summitate chartæ descriptâ quæstione proposita, manuq; læva plana chartæ impolita, nec hinc ante finitam linearũ sexdecim punctuationem amovenda, tantum atrament accipe unâ vice, ut omnibus tuis lineis sexdecim projiciendis sufficiat, tum incipe à dextra ad lævam tuam projectionem, tuásque lineas in formam digitorum extremitatum chartæ expansorum 13. ad minus puncta continentes (sine ulla tamen numeratione, ut annotavi suprà) compone, cum paucula tamen distantia inter quaternas quásque lineas, ut sequitur.

Huc refertur figura manus sinistra.

Projectis hâc forma duodecim aliis lineis quot volueris puncta sine numeratione continentibus, incipe combinationem seu punctorum inter se conjunctionem, ab eadem parte unde incepisti, videlicet à parte dextrâ conjungendo duo puncta simul, & sic continuando, donec omnia simul cõjunxeris puncta, exceptis duobus ultimis si par numerus resultet, aut unico & extremo, si unicus duntaxat resultare videatur, collectis quantũ fieri poterit punctis binis simul, ut ex resultantib9 ex qualibet lineâ punctis, post combinationẽ figuræ quatuor Geomanticæ, quatuor primæ seu quatuor *matres* nuncupatæ formentur.

Matres unde dictæ.

Matres ideò dictæ, quòd ex ipsis aliæ omnes eliciantur; quas quatuor Gatan9 malè quatuor con-

nfert elementis; 1. nempe Igni, 2. Aëri, . Aquæ, Terræ quartam adſcribens; ſæpè e- im ſunt alterius naturæ figuræ; & elemen- s quælibet ſchematis quartæ videntur po- ùs dandæ; vernalem nempe ſeu orienta- m Aëri, Meridionalem ſeu Æſtivam Igni, ccidentalem ſeu Autumnalem Terræ, Hye- alem verò ſeu Septentrionalem Aquæ tri- uendo, ut dicetur infrà hoc modo.

* — — — —
o • • • • • • •
o ** — — — — 1.
o ** — — —
o * — — — — —

o * — — — — —
o * — — — — 2.
o ** — — — — —
o ** — — — — —

o ** — — — — —
o ** — — — — —
o * — — — — 3.
o * — — — — —



o ** — — — — —
o ** — — — —
o ** — — — — 4.
o * — — — —



Debent autem ſexdecim illæ punctuales li- neæ, eſſe continuæ & ſine intermiſſione, aut olii verſione, propter rationes jam dictas.


Col-


Collectis autem residuis à combinatione punctis, supra hîc stellulis aut astericis notatis, quatuor (ut dictum suprà est) formabis matres.



Hoc in loco improbanda mihi venit eorum methodus, qui compendii gratia (ut scilicet punctuationis importunitatẽ declinent) tesseris duabus aut pluribus unâ projectis utuntur, hac ratione numerum punctorũ paritatem imparitatemq; designantium colligẽtes, quaterq; ad singularum quatuor matrum generationẽ easdem tesseras projicientes, verbi gratia si ex duabus projectis tesseris exurgat

1.  &  ponãt o impar ex

2. projectione  &  exurgat

7. impar, o impar. 3. projectio det 


&  exurgant 8. par numerus o o par

4. denique  &  det 10. parem numerum o o sic ut mater prima sit

o
o fortuna minor, sicque procedentes pro
o o creatione quatuor matrum, de reliquo
o o filias ex matribus, neptes ex utrisque, &c. formantes, ut docebimus infra.

Mi


Minùs etiam ſunt acceptandi illi qui rotulâ unicâ, magnâ, dentatâ, & ſolidâ exiguo innixâ acumini, ut ſcilicet volvi & rotari facillimè poſſit, utuntur, ad matrum quatuor productionem; quam quidem rotulam hîc infra depictam variis numeris in ſingulis dentium intervallis mediis inſignitam & notatam, rotando, in medioque curſu quatuor digitis ſiſtendo, numerum intervallo illi cui pollex inſeritur, dum ſiſtitur reſpondentem colligentes, à parte ſcribunt, ut reſultantem extrahant paritatem aut imparitatem. Numeris enim ſe habet vice numerorum punctorum, & poſſunt inſcribi tot numeri quot erunt dentes in totâ rotulâ (quæ diſci ferè inſtar octo ad minus digitos habet diametri cum pollicis craſſitie) ſicque volvitur illa quater, ut ſingulæ formentur ex paritate aut imparitate matres, ut diximus de teſſeris, ecce ſchema.



B. *Acumen ſtyli inferius, in quo volvitur rotula.*

Utrique enim Geomantiam ad ſortiarias illas nugas, divinationesque aniles, (quale dodechedron variisque ſimiles extant geſticulatores ludi,) deducere videntur; quod omnibus tum veterum tum neotericorum geomanticorum ſcriptis nédum ratione ipſa adverſatur; dicunt enim æque ab influentiis poſſe regi projicientium teſſeras manum, aut rotulam ſupra ſcriptam volventis & ſiſtentis, quàm illius qui puncta projicit; imò majorem dicunt ineſſe certitudinem, quòd


Pars rotulæ superior.



A. Extremum apicis acumen, quo rotula volvitur.

quòd minor accedat inter punctuandum di-
ſtractio. Quod tamen ut falſum reprobem,
dico motu ſolo imaginationis cœleſtibus in-
fluentiis imprægnatæ,& ab intelligentiis ſu-
perioribus gubernatæ, manum punctuanti
gubernari, quò fit, ut certum ipſa numerum
punctorum duntaxat projiciat, illúmque
quem novit mens non alium deſcribat,quo
ſe ipſa mens nobis explicet, nec uno ſupe-
rans nec unum omittens, qui tamen influxus
fieri non poteſt in corpus aliud ita abſtra-
ctū,& ſorte ſeu duce aliquâ incertitudine aut
emiſſum aut rotatum, aut aliquâ menſæ inæ-
qualitate, vel levi aliquo occurſu, à ſui mo-
tus aut rotationis perfectione impeditum
jam enim mera ſors agit, mente nihil con-
tribuente, ſine quâ manus dirigi non poteſt
multò minùs motibus illis ſuperioribus in
nugas has influere non potentibus. Proinde
ut ad veram noſtram aſtrologicam geoman-
tiam redeamus. Punctorum deſcriptionem
ſeu figurarum delineationem, alii eas aſte-
riſcis deſcribunt ſic, *, ut ſuprà, alii numeris
arithmeticis paritatem aut imparitatem de-
ſignantibus, alii ciphra hac o nihil ſignifi-
cante, ut hîc ſupra, alii punctis ipſis ſic:

De



De filiarum productione.

CAPUT III.

REservatis suprà collectis jam figuris quatuor, ex punctorum lineationibus pro-
imè creatis, ratione jam dicta; ab illis jam
uatuor aliæ sint 5. 6. 7. 8. quæ à quatuor
rimis immediatè efformatæ & productæ, &
uasi à matribus procedentes, *filiarum*, sibi
omen vendicarunt, quæ hoc formantur
rogressu.

Divide figuram quamlibet ex superiori-
us in quatuor partes, quarum superior ca-
ut, secunda venter, crura tertia, quarta pe-
les nominentur, jam verò ex omnium capiti-
us simul & suo ordine sumptis, id est, suo
umero incipiendo à prima ex illis produces

Filiarum productio.

Figura 5.

Figura 6.

O pri-

primam filiam, seu quintam figuram, Vente
postea cujusque eo ordine decerpendus, e
quo secunda filia, seu sexta schematis.

Figura 7. Ex earum deinde eodem modo cruribu
elicietur tertia filia, seu septima figura sche-
matis.

Figura 8. Ex pedibus sic orietur quarta filia seu sche-
matis figura 8, sic.

	4	3	2	1	
Caput	o o	o o	o	o	*Caput*
Venter	o o	o o	o	o o	*Venter*
Crura	o o	o	o o	o o	*Crura*
Pedes	o	o	o o	o	*Pedes*

Figura 5. Collectis omnibus seorsim capitibus in-
venies in 1. o, in 2. o, in 3. oo, in 4. oo. quæ i

ordinem figuræ disposita facient
o
o
o o
o o
pr
5. figurâ.

Figura 6. Ex ventribus item sic collectis exurget e
1. oo, ex 2. o, ex 3. oo, ex 4. oo, quæ collecta &

disposita faciunt pro sexta figurâ,
o o
o
o o
o o

Figura 7. Ex cruribus demum eâdem ratione duce-
tur oo, oo, o, oo, quæ collecta & disposita 7

domui dabunt
o o
o o
o
o o

Deni-

Denique ex pedibus producetur o; oo,o,o; *Figura* 8.

o
uæ reddent o o pro 8. figura, quas sic dis-
o pones.
o

8	7	6	5		4	3	2	1
o	o o	o o	o		o o	o o	o	o
o o	o o	o	o		o o	o o	o	o o
o	o	o o	o o		o o	o	o o	o o
o	o o	o o	o o		o	o	o o	o
	Filiæ					*Matres.*		

De reliquarum figurarum, id est Neptium, Testium, Judicis & subjudicis generatione & productione.

CAPUT IV.

Unctis sic in ordinem octo primis figuris, *Neptes ut generentur.* ex illis alia quadam via & ratione quatuor licienda sunt aliæ figuræ, *neptes* ideò nuncupatæ, quòd ex matribus filiabusque simul rocreentur, sic autem procedes ad illarum roductionem.

Ex prima & secunda simul junctis & in *Figura* 9. artes quatuor, ut supra divisis videas an ex arum capitibus numerus exurgat impar ut par, quem capiti primæ neptis seu no-æ figuræ dabis, ex earum ventre eundem quæres numerum, procedendo donec ex illis

 dua-

duabus fiat una tertia utriusque virium particips, ſic.

	2	1		
Caput	o	o	*par*	o
Venter	o	o o	*impar*	o
Crura	o o	o o	*par*	o
Pedes	o o	o	*impar*	o

o o
Et exurget o pro nona figuta ſub ſu
o o
o

matribus diſponenda, ut videtur infrà.

Figura 10. Ex 3. & 4. figura, 2. iterum neptis ducetu ſeu 10. figura, ratione ſupradicta, & ordir eodem, quæ vices etiam 3. & 4. obtinebit &

	4	3		
Caput	o o	o o	*par*	o
Venter	o o	o o	*par*	o
Crura	o o	o	*impar*	o
Pedes	o	o	*par*	o

o o
Emergit pro 10. figura o o diſponen
ut infrà. o
o o

Figura 11. Tertia ſeu figura 11. elicitur ex duab primis filiabus ex 5. videlicet & 6. figura ſuprà ſic.

Cap

	6	5		
Caput	o o	o	*impar*	o
Venter	o	o	*par*	o o
Crura	o o	o o	*par*	o o
Pedes	o o	o o	*par*	o o

o
Et naſcetur o o pro 11. figura 5. & 6. vires
o o
o o
habente & diſponenda ut dicitur infrà.

Denique pro 12. figura ſumantur numeri ex 7. & 8. ſic. *Figura 12.*

	8	7		
Caput	o	o o	*impar*	o
Venter	o o	o o	*par*	o o
Crura	o	o	*par*	o o
Pedes	o	o o	*impar*	o

Quæ duodecim figuræ ita ex ſe diſpone
tur ad procreationem aliarum.

6	7	6	5	4	3	2	1
o	o o	o o	o	o o	o o	o	o
o o	o o	o	o	o o	o o	o	o o
o	o	o o	o c	o o	o	o o	o o
o	o o	o o	o o	o	o	o o	o

12	11	10	9
o	o o	o o	o o
o o	o	o o	o
o o	o o	o	o o
o	o o	o o	o

Teſtes ſeu 13. & 14. figura, ex quatuor no
ptibus eodem proceſſu quò ſupra formantu
ex 9, enim & 10. orietur 13. & ex 11. & 12
orietur ſecundus teſtis ſeu figura 14.

Si

Sic pro 13.

10	9	
o o	o o	par
o o	o	impar
o	o o	impar
o o	o	impar

o o
o
o
o

o o
o
o
o

Pro 14.

12	11	
o	o	par
o o	o o	par
o o	o o	par
o	o o	impar


o o
o o
o o
o

o o
o o
o o
o

Index ſeu figura 15. Ex quibus demùm fiet judex, ſeu figura 15. Judex ideò dictus quòd totum penes ſe quæſtionis judicium contineat, quò nempe ex omnibus procedat ſchematis figuris, quæ omnes tandem in illum unum reſultant. Formabitur autem proceſſu ſuperiori, ex duobus teſtibus ſeu ex 13. & 14. figura ſic.

14	13			
o o	o o	par	o o	
o o	o	impar	o	15
o o	o	impar	o	
o	o	par	o o	


Subjudex ſeu figura 16. Ex judice verò & 1. formatur figura 16. quæ inſervit quum dubium ex judice datur judicium, tunc enim ipſa concludit aliquid. Atqui hæ omnes 16. figuræ ſcuto geomantico ſic inſcribuntur.


8
7
6
5
4
3
2
1
12
11
10
9
14
15
13
16

Quia autem ab astrologia processit hæc scientia, Geomantici ut quódque signum cœleste figuræ tribuerent, astrologorum instar schemata sua astrologica duodecim domibus constituta confecerunt, harum cuique domorum unam duntaxat ex primis 12. figuris, inserentes, & reliquas in mediam aream quadratam inscribentes; schema autem tale est cum suis duodecim spatiis, domus appellatis.



Non-



Nonnulli ex figura 1. & figura domus quæstionis simul junctis, alium judicem quærunt, utriusq; naturæ participem, & ex illo cum judice decimam septimam eliciunt, sic. Si verbi gratia de patre quæratur ex 1. & 4. educatur figura una, si de conjuge aut furto, ex 1. & 7. si de morte, ex 1. & 8. &c. prout proponentur quæstiones ad hanc vel illam domum (cujus debet accipi figura) pertinentes, ut dicetur infrà; ex primâ & septimâ exempli gratiâ. *Figura 17.*

Ex

Ex 1. & 7 exempli gratia.

7	1	
o o	o	*impar*
o o	o o	*par*
o	o o	*impar*
o o	o	*impar*

fiet

o o o o o	*ex qua cum 15*

	15		
o	o o	*impar*	o
o o	o	*impar*	o
o	o	*par*	o o
o	o o	*impar*	o

Emerget o / o / o o / o puer pro figura decima ſeptima, extra ſchema aliqua in parte notanda.

Hæc autem decima ſeptima figura, maximas habet vires, ſi cũ figura quæſtionis conveniat.

Figura elementaris ſeu 18.

Cùm autem quatuor elementis quartæ partes ſchematis reſpondeant (ut diximus) prima nempe, ſecunda & tertia Veri, Orienti, ſeu Aëri, quarta, quinta, & ſexta Hyemi, ſeu Septentrioni, & aquæ; ſeptima, octava & nona Autumno, ſeu Occidenti, & Terræ; decima, undecima, duodecima, Meridiei, & Igni, ſeu Æſta-

Æstati; quumque inter has omnes partes, cardinales quatuor potiores obtinent vires rationibus ex ipsa astronomia desumptis; ideò ex his quatuor angularibus, ex prima videlicet quarta, septima & decima, figuram quandam quam dicunt elementarem eliciunt Geomantici hoc pacto.

Ex oppositis angularibus, prima videlicet & septima conficiunt unam figuram, & ex quarta & decima conficiunt aliam, ex quibus demum quædam tertia ut judex ex testibus elicitur, ex qua denique cum judice sumpto elicitur ultima quæ decima octava, & elementaris dicitur processu sequenti:

10	4		7	1
o o	o o		o o	o
o o	o o		o o	o o
o	o o		o	o o
o o	o		o o	o

o o		o
2. *Testis* o o	*Judex* 2.	o o 1. *Testis*
o	o	o
o	o	o
	o o	
	o o	

Judex

Judex 2.	*Judex 1.*
o	o o
o	o
o o	o
o o	o o

o
Figura 18. o o *seu Elementaris.*
o
o o

Hæc de figurarum formatione, earumque in schema cœleste aut scutum Geomanticum inscriptione sufficiant. Jam verò ad naturam figurarum propiùs est accedendum.

De

De figurarum nomine, natura, & proprietate.

CAPUT V.

CUm nomen figurarum suprà fusiùs declaraverim, aphorismo nempe ultimo capitis primi, illud proinde hic repetere è re non erit, cùm etiam illud infrà tractandum fusiùs veniat. Sed cùm variis apud alios nominibus appellentur, nec minima hinc tyronibus accedat difficultas, & hæsitatio in explicatione authorum, illas proinde figuras hic non abs re, earúmque nomina repetemus.

Sunt autem figuræ numero sexdecim, quarum duæ cuique tribuuntur planetæ, directo una seu cursu velociori, tardo altera, seu retrogrado; duæ siquidem reliquæ capiti una, caudæ altera draconis. De planetarum variorum naturâ, fortunarum illud, infortuniorum hæc astronomicorum participent sic.

♄ habet	*Direct.*	o o o o o o	*Carcer* ab omnibus ita nominatur, item *Constrictus.*
	Retrog.	o o o o o o o	*Tristitia*, diminutum alii vocant. It. Damnatus transversus.
♃ habet	*Direct.*	o o o o o o	*Aquisitio*, *comprehensum intus.*
	Retrog.		

	Retrog.	o o o o o o o	*Lætitia, barbatus* ſeu ridens, Sanus dicitur.
♂ habet	Direct.	o o o o o o o	*Rubeus, Igneus, Ruffus.*
	Retrog.	o o o o o	*Puer*, ſeu *imberbis*, *flavus*, aut *juvenis*.
☉ habet	Velox.	o o o o o o	*Fortuna major, tutela intrans; Auxilium majus.*
	Tardus	o o o o o o	*Fortuna minor, tutela exiens; Auxilium minus.*
♀ habet	Direct.	o o o o o	*Puella*, *mundus facie.*
	Retrog.	o o o o o o	*Amiſſio, comprehendens* ſeu *comprehenſum extra.*

A

☿ habet — *Direct.*

o o
o o *Albus, Candidus.*
o
o o

☿ habet — *Retrog.*

o o
o *Conjunctio, Coadunatio.*
o
o o

☾ habet — *Direct. plena*

o o
o o *Populus, Congregatio.*
o o
o o

☾ habet — *Vacua.*

o
o *Via, Iter.*
o
o

♃ ♀ *Direct.* habent

o o
o *Caput draconis, limen intrans, Limen superius.*
o
o

♂ ♄ ♃ habent

o
o *Cauda draconis, limen exiens. Limen interius.*
o
o o

Hæc ſecundò poſita figurarum nomina, ideò hîc aliis ſupra jam poſitis addidimus, ne novum quid videantur novitiis, Gebri Geomantiam non habentibus.

Proprietates figurarum. Hactenus de nominibus figurarum, jam verò ad earum proprietates accedamus: de quibus curſim ſuprà cap. 1. aphoriſmo 48.

Eſſẽtiales. Sunt earum proprietates aut eſſentiales, aut accidentales. Eſſentiales ſunt quæ uni &

ſemper propriæſunt, ſúntque Elementares, planetariæ, cœleſtes, ſeu aſtrales, à ſignis quippe Zodiaci propriis defluentes.

Accidentaria. Accidentariæ ſunt, quatenus in domibus bonis aut malis, in domo quæſtionis fœlici & bono, ſeu infœlici aut malo ſigno conſtitutæ, aſpectibus malis objectæ, in loca fortunata, aut infortunata tranſeuntes, &c. de quibus ſuprà, & fuſiùs infrà ſuo loco agetur.

De fixis mobilibus, communibus, ſeu bicorporeis, jam ſuprà cap. 1. aphor. 24. &c.

Proprietates elementares. Nunc ad proprietates elementares veniamus.

Elementis tribuuntur omnes figuræ, ſuo nempe quæque elemento, ut ſequenti ſchemate indicatur.

Figuræ Igneæ. Figuræ igneæ ſeu meridionales, calidæ, ſiccæ, maſculinæ, diurnæ.

o	o o	o	o
o	o	o o	o
o o	o o	o	o
o o	o o	o o	o o

Figuræ Aëreæ. Figuræ.

Aëreæ, Orientales, calidæ, humidæ, maſculinæ, diurnæ, ſanguineæ.

o	o o	o	o o
o	o	o o	o
o o	o	o o	o o
o	o o	o o	o

Figu-

Figuræ.

Aqueæ, Septentrionales, humidæ, fœmineæ, nocturnæ. *Figuræ Aqueæ.*

o	o o	o	o o
o o	o o	o	o o
o	o o	o	o
o	o o	o	o o

Figuræ.

Terreæ, occidentales, frigidæ, ſiccæ, fœmineæ, nocturnæ. *Figuræ Terreæ.*

o o	o o	o o	o
o	o o	o o	o o
o	o	o o	o o
o	o	o	o

Variis planetis item omnes adſcribuntur, ut ſuprà dictum eſt.

Signis etiam figuræ tribuuntur.

Signa autem Zodiaci ſunt 12.

♈ Aries; ♉ Taurus; ♊ Gemini; ♋ Cancer; ♌ Leo; ♍ Virgo; ♎ Libra; ♏ Scorpius; ♐ Sagittarius; ♑ Capricornus; ♒ Aquarius; ♓ Piſces. *Signa Zodiaci 12.*

Quæ antiquo hoc diſticho continentur.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraq́, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces.

Quæ ſigna, ut planetas ſeptem ſuo hoſpitio recipiunt apud Aſtronomos, ſic & has planetarias, fœliciùs ſibi magisque convenientes quàm alias recipiunt.

 Sunt

Planetæ. Sunt autem planetæ, ut ostendimus numero septem, ♄ Saturnus, ♃ Jupiter, ♂ Mars, ☉ Sol, ♀ Venus, ☿ Mercurius, ☽ Luna quos unico hoc versiculo sumus complexi.

Luna, Venus, Mars, Sol, Saturnus, Jupiter Hermes.

Hócque itidem unico charactere nostro.



Domus planetarum in signis. Domus autem planetarum sunt aliæ nocturnæ, diurnæ aliæ, ut patet ex sequenti schemate, quo Solis nocturna & diurna domus est ♌, Lunæ itidem nocturna & diurne ♋;

♂ Nocturna ♏, Diurna ♈.

♄ Diurna ♒, Nocturna ♑,


♃ Diurna ♐, Nocturna ♓.

♀ Diurna ♎, Nocturna ♉.

☿ Diurna ♊, Nocturna ♍, quorum hæc ratio sola videtur.

Cùm

Cùm Sol ſit planeta maſculinus, igneus, & maximæ activitatis & fortis, illi planetæ ſuæ naturæ Leonem nempe dederunt, ut Lunæ fœmininum ♋ his proxima ſigna ☿ ancipitis naturæ, ſolemque ſemper ſequenti, quem ♀ ordine ſequitur, quàm ♂ in electione ſignorum ſequitur, quem ♃ ſequens, Saturno reliqua duo in utraque à luminaribus utrinque extremitate reliqua, ut patet ex ſchemate.



Has autem domos his aliquot versibus coercuimus, juvandæ memoriæ causâ.

♄ *Urna die, vox nocte Caper Saturnia carpunt.*

♃ *Astra Jovemque die Chyron, Piscesque sub umbris.*

♂ *Te sub luce Aries retinet Mars, Scorpio noctu.*

♀ *Libra diurna domus Veneris, nocturnaq; Taurus.*

☿ *Mercuri geminis sub luce, & Virgine noctu.*

☽ *Gaudes, sub cancro stat nocte diéque Diana.*

☉ *Nocte diéque suum vult Phœbus habere Leonem.*

Exaltationes & depressiones planetarum.

In his etiam signis exaltantur & deprimuntur planetæ; & quum in uno exaltantur, in signo illi opposito in eodem gradu deprimuntur, sphæræ enim rotunditas perpetuo motu circumgyrata, partem unam suprà hemisphærium attollens, alteram ipsi oppositam semper necessariò deprimit; sic.



Quamvis hæ tamen elevationes & occultationes non ſint exaltationes & depreſſiones planetariæ.

Eſt enim Exaltatio planetæ in ſigno in quo plures habet dignitates, & in quo eſt quaſi in regno, in graduque ſuæ majoris perfectionis, ſic Sol exaltatur 19. gradu ♈, eò quòd exiſtens in illo gradu manifeſtum nobis ſuum manifeſtet adventum, idque calore ſenſibili, quem in 19. ♎ gradu priori oppoſito declinantem, & quaſi lenteſcentem ſentimus, quúmque Saturnus frigus & ſic-

Exaltatio quid?

Notæ oppoſitiones ♄ & ☉.

ſiccitatem (majus infortunium apud Aſtronomos appellatus) introducat, qua nec ſe fortunio majori calido humido Jovi, ſed & calori lucidiſſimo Solis opponit, ideò hanc tenebrarum frigoriſque fautricem ſeu caloris ſolaris extinctricem ♎ (libram) Solis ipſius depreſſionem Saturno pro exaltatione tribuerunt, ut ejus cum Sole inimicitia notior foret. Reliquas exaltationum & depreſſionum Aſtronomicas rationes in Aſtrologiam noſtram olim ſi Deus voluerit, benignusque faverit, in lucem edendam, reſervamus.

Sat hic erit ſimpliciter ſequenti ſchemate exaltationes & depreſſiones planetarum in ſignis oſtendere, ut videamus earum vim, ſi figuræ Geomanticæ noſtræ planetas inſeramus cum ſignis, aut Gerardi Cremonenſis praxim inferiùs poſitam ſequamur.

Schema autem tale est.

Exaltatur.		*In signo & gradu.*	*sign.*	*grad.*	*Deprimitur.*		*sign.*	*grad.*
	☉		♈	19		☉	♎	19
	☾		♉	3		☾	♏	3
	♄		♎	21		♄	♈	21
	♃		♋	15		♃	♑	15
	♂		♑	28		♂	♋	28
	♀		♓	27		♀	♍	27
	☿		♍	15		☿	♓	15
	☊		♊	3		☊	♐	3
	☋		♐	3		☋	♊	3

Has verò exaltationes & depressiones planetarum in signis sic versibus mandavimus

EXALTATIONES.

Exaltationes.

Solem, Aries, Lunam, Taurus, Martem Capricornus,
Exaltant, Venerem, Pisces, Cancerque tonantem,
Falciferum, Chela, ac Atlantis Virgo Nepotem,
Te Gemini, Caput, & te Chyron, Cauda Draconis.

DEPRESSIONES.

Depressiones.

Solem, Libra, Aries, Saturnum, Scorpio Lunam
Deprimit, & Martem, Cancer, Piscesq; volantem.
Capra, Jovem, & Venerem, deturbat Virginis astrum.
Teque Sagitta, Caput premit, & te cauda Gemelli.

Ex his planetariis exaltationibus & depressionibus, planetariæ & occultæ inimicitiæ exurgunt, quas sic carminibus coërcuimus.

Inimicitiæ planetarum.

Sol sic tardigrado, Veneri Mercurius obstat.

Mars-

Marsq́; Jovi, turbatq́; etiam Mars lumina Phœbes.

Præter exaltationem & depreſſionem, habent & gaudium quoddam peculiare & damnum ſeu detrimentum, non in domibus tantùm, ut dicetur infrà, ſed & in ſignis. Cujus gaudii & detrimenti ratio & effectus, cùm ad altiorem pertineant Aſtrologiam, illùc ideò illam remittimus, illa duntaxat planetarum gaudia & detrimenta ſimpliciter hîc declarantes.

Sunt autem hæc gaudia, unum ex ſignis, ſeu domibus planetæ alicujus, quod videlicet gratius ipſi & acceptius eſt planetæ in ipſo gaudenti, ſic.

☉, & *Luna* in ſuis gaudent ſignis ♌ videlicet & ♋, & cæteri in aliis, ut hoc ſchemate indicatur.

Gaudet ſic.			*Detrimentum verò patitur in ſigno ſuo gaudio diametraliter oppoſito ſic. Detrimẽtum patitur.*	
♄	in	♒	♄	in ♌
♃	in	♐	♃	in ♊
♂	in	♏	♂	in ♉
☉	in	♌	☉	in ♒
♀	in	♉	♀	in ♏
☿	in	♍	☿	in ♓
☽	in	♋	☽	in ♑

In ſignò enim illo in quibus detrimentum habent planetæ, ſunt ſigna ſeu domus hoſtiles, in quibus totis ſuis exuuntur viribus, ſúntque ut peregrini extra patriam aut captivi ſub ditione aliena.

Hanc autem & gaudiorum planetarum & detrimentorum ſeriem, ſeu inimicæ oppoſitionis rationem, his carminibus clauſimus.

GAUDIA PLANETARUM.

In Tauro Venus, & gelida Saturnus in Vrna.

Gaudet, in Aſtræa inconſtans, Centaurea luſtrat.

Stella Jovem, recipit gaudentem Scorpio Martem,

At Solem ipſe ſuus Leo vult, Cancérque Dianam.

DETRIMENTA.

Deterit undoſa fœcundus Apollo ſub Vrna,

Ægoceros tribuit tibi clara Lucina labores.

Te Saturne Leo, bigradus te Carcinus urget,

Sic Solis Lunæque tuis premis ignibus ignes.

Virgo Jovem Geminique premunt, Mercurius obſtat,

♄ *Soli &* ☽ *adverſatur* ♒ ♑ *domus*

Quem


Quem Pisces angunt bini volucrisque Sagitta.
Quorum hæc luce Jovem capiunt, sub noctibus illi,
Tu Mavors Taurus quadrupes, te libraque cogit,
Cui Venus objicitur, quam Taurus libraque testis
Suscipiunt, Veneri tua sic Mars objicis astra,
Nam tuus hanc Aries, & Scorpius horridus angunt.

♄ opponuntur ♌ & ♋ domibus luminarium. Sic ☿ eadem ratione Jovi opponitur, sic ♂ ♀.

GAUDIA PLANETARUM
in domibus Cæli.

Habent & in domibus quibusdam seu partibus schematis Cœlestis gaudia sua planetæ, ut sequitur.

Quod



Quod ex illis verſibus diſcitur.


Prima tuo domus eſt Altas quæſita Nepoti,
Ternam Luna capit, Veneris ſunt gaudia quintæ.
Optat Mars ſextam, Sol nonam; Jupiter ambit
Undenam, triſtique ſeni domus ultima grata eſt.

Sed ne diutiùs his immoremur, quæ purè aſtrologica, ad noſtram ſunt Aſtrologiam remittenda: hæc dixiſſe huc uſque & ceciniſſe ſatis eſt. Jam verò unde Geomanticus noſter defluxit ſtylus, rejectis ſuperfluis redeamus.

Signis


Schema A. Pro pagina 239.

Sic figuræ.



Schema B. Pro pagina 239.

Gerard. Cremo. dat figuras.



Signis Zodiaci omnes ſexdecim figuræ
omanticæ, certis quidem certæ tribuun-
,quod ut ex variis collegii authoribus, ſic
o veritate delineavi.

Ac primò notandum, apud Robertum

o

ıd o o puellam pro puero ſemper habe-

o

o

o

ut & apud Gebrum; & o puerum, pro

o o

o

ıella viciſſim, qui error venit maximè no-
ndus.

Secundo, nos non ſequi methodum Agri-
& Gerardi Cremonenſis, quæ omninò
rologica eſt, ut dicetur infrà.

Huc refer ſchema A.

Agripa verò figuras planetarias, ut & Ge-
rdus Cremonenſis ſignis planctariis pro-
iis adſcribunt ſic.

Huc refer ſchema B.

Hinc quatuor illæ triplicitates de quibus
prà, quadruplicitates in Geomanticis po-
ùs dicendæ.

Jam ad proprietates figurarum accidenta-
s veniamus.

De


De Planetarum & signorum cum figur[illegible] schemati cælesti insertione.

CAPUT VI.

VEniendum jam est ad distributionem tum figurarum tum signorum & planetarum illis prædominantium.

Erecto igitur ut suprà & delineato horoscopo, qualiscúmque figuræ seu ex tribu[illegible] quadratis variè dispositis, seu ex circulo bifariam diviso, seu etiam simplici constructo scuto, (quod minimè tamen valet hîc) distributísque ut supra docuimus in 12. spati[illegible] figuris.

Quære ex præcedenti priori tabella cum tuâ figurâ nomen planetæ quod prædominatur cuique figuræ, quod aut memoriâ servabis aut in schema conscribes, deinde ex eâdem tabula nomen signi primæ figuræ prædominantis elice, quod primæ domui itidem inseres, dein sequuto ordine signorum, quem in Zodiaco observant, distribues suum cuîque signum, usque ad 12. eodem ordine quo sese sequuntur sic.



Sic apparet ⁘ esse in ♓ sic ⁘ in ♈ ⁘

in ♉ &c. ad 12. unde feretur judicium ex natura planetæ seu figuræ planetam referentis, in tali vel tali domo existentis, sub tali vel tali figura; sicque judicabimus de motu seu transitu figurarum in varia loca,


ut videmus hîc ⁘ è prima transire in

12. de quo transitu seu mutatione infrà dicemus.

Nec recipiendi sunt illi, qui cuilibet figuræ suum ipsum signum præfigunt; plures

enim ♈ in cœlo essent configurationes plures ♊, ♉. &c. quod absurdum est. Unicum proinde signum esset in multis & variis cœl partibus, ut patet ex infrà scripto schemate

At dicet aliquis planetam etiam unum variis in locis locari eandemq; esse absurditatem, quid enim planetæ aut directi, aut retrogradi seipsos aut directos insequi aut præcedere aut retrogrados possint? ut hic




directus in 1. inventus item in 12. ♄ verò retrogadus in 4.

Respondeo istam retrogradationem esse influxum planetæ debiliorem, qui effectum levem in illa domo promittit, & esse signum quo domum illam, in qua est retrogradus, planeta ille debiliter aspicere dicitur, nihilque impedit quò minus in varia loca influere possit uno & eodem momento, idque aut leviter aut validè, secundum suas affectiones & dispositiones, quas ex Astrologia nostra petet curiosus. Potest siquidem in hanc partem validè & totis viribus, in illam verò debiliter secundùm nempe suam influentiam domusq; recipientis dispositionem & aptitudinem agere.

Quæ enim ratio admittendi in hoc schemate ♋ ter, in 6. videlicet, 8. & 9. ecce schema.

Hîc



Hîc enim videtur importuna ♋ repetitio: ♊ in 5. & 11. ♉ in 2. & 10, &c. ex quo hæc sequuntur importuna.

Primò signorum quorundam, ex nimio aliorum suppressione repetitio: si enim tantum sint 12. signa & 12. domus quibus suum cuique signum sit adscribendum, & unum signum bis vel ter in schemate reperiatur, sequitur alia necessariò omittenda; ut hic ♈ ♌. ♎. ♏. ♐. ♑.

Quòd si quis in Astronomicis signorum quorundam repetitionem & proinde quorundam suppressionem accuset, (quamvis ab ascensionibus obliquis illud proveniat, cau-

ſasque ex aſtrologia noſtrâ petendas exigat dicam tamen, nullum omitti ſignum.

Quòd ſi quoddam fortè ſupprimatur, quum verbi gratia ſignum aliquod longæ aſcenſionis aſcendere incipit in principio unius domus, & porrigitur uſque ad domum ſequentem, cujus initio ſigni character duntaxat inſcribitur, etiam ſi ſigni character alicujus ſupprimatur locum tamen illius reſervari, in quo etiam ſi retineatur, planetæ in ipſo inventi ſunt collocandi. Nec tamen fieri ſuppreſſiones duorum ſignorum integrorum, ut videmus tria conſequenter omitti, videlicet, ♏ & ♎ ♃ &c.

Secundò ſequetur totius ordinis confuſio. Cum ♒, hic verò ♊ Gemini, & Tauro. ♉. Itémque ♈ Arieti, & ♋ Cancro, aut præponetur, aut ſine lege & ordine poſtponetur, unde ſequetur merum chaos puraque & ſincera confuſio.

Tertiò impedietur omnis motus, cùm ſuo omnia ritè ordine moveantur, quo impedito perturbato, aut immutato, penitus omnia corruant & pereant oportet.

Nec item recipiendus videtur Robertus Flud Doctor Anglus, nec in his nec in aliis infimæ notæ, qui in ſuæ Geomantiæ lib. 3. cap. 1. regula 4. ait *Domus ſemper retinet nomen ſuum, qualiſcunque etiam figura in ea inveniatur, ſic domus 1. ſemper dicitur ♈ Aries, ſive figura in ea inventa Arietis natura conveniens ſit ratione elementi aut alicujus alterius qualitatis, ſive non.*

Flud lib. 3. cap. 1. regula 4.

Et

Et ibid. cap. 4. regula 4. *Notandum est quod figuræ significent diem & noctem, masculum & fœminam, mobilitatem & fixitatem, & communitatem, secundùm naturā signi cælestis de quo participāt, sic ♈ Aries est masculinus, mobilis, diurn9,* Taur. *fœmininus, fixus, nocturn9,* & sic in cæteris secundùm Astrologos.

Idem ibidem cap. 4. reg. 4.

Et alibi prima 4. *c 12. domibus, nempe domus 1. 2. & 3. seu ♈, ♉. ♊, Ver significant, cætera cætera. Ut in Astrologia.*

Idem lib. 2. cap. 2. reg. 3.

At quid autem signis attribuuntur particulares figuræ quædam ut ♈ *Arieti*  Acquisitio, & cæteræ ut diximus suprà. Si illud signum figuræ attributum nullius sit momenti?

Quorsum etiam evadet cœlorum motus, si ascendens semper seu punctum horoscopi occupet ♈ *Aries*, quolibet anni tempore & qualibet diei horá, & momento?

Immutabiles enim hæ constellationes, constantiam quandam cœli & immutabilitatem à ratione alienissimam inferunt.

Duas porrò ab aliorum opinione & operationis modo & ratione dissentientium duorum, hic inserere opiniones non fuerit inutile, ut videant curiosi an in his veriùs quid, magisq; rationi consentaneum aut probabilius sit, quàm in aliis, ut verioram hinc breviorem que & utiliorem sequi viam possint.

1. Agrippæ operandi ratio.


Prior est Cornel. Agripp. qui projectis 16. pun-

punctorum lineis iisque ut supra dictum est combinatis. 4. elicit figuras *matres* quas sic collocat; primam videlicet in 1. 2. in 10. 3. in 7. 4. in 4; sic ut angulos 4. 4. hæ matres occupent.

Ex his deinde 4. *filias* suas producit, modo superiùs declarato ex partibus 4. matrum, quas in succedentibus 4. constituit, 1. videlicet filiam in 2. domo; 2. in 11; 3. in 8. 4. denique in 5.

Ex his demùm 4. alias triplicitatis ratione in cadentibus domibus locandas educit, videlicet ex 1. & 5. 9; ex 10. & 2. 6; ex 7. & 11. 3; denique ex 4. & 8. 12; admotis signis ut suprà dictum est, incipiendo à signo 1. figuræ, ipsi seu horoscopo præfigendo, inscriptis deinceps suo ordine aliis omnibus, usque in 12.


Modus sequitur & applicatio 4. figurarum ex 16. lineis punctorum conglobatarum ut supra quæ sunt.




Hic

Hic enim ex illis octo prædictis alias suas 4. producit hoc modo.

Ex figura 1. & 5. domus facit figuram 9. domus sic.



Ex 10. & 2. domus figura, sextæ etiam domus figuram sic elicit.



Deinde ex 7. & 11. domus figura, 3. domu[s] sic producit figuram.

11	7
o o	o o
o	o o
o o	o
o o	o

3

o o
o
o
o

Denique ex 4. & 8. domorum figuris, facit 12. sic.

8	4
o o	o o
o o	o o
o	o o
o o	o

12

o o
o o
o
o

Quæ

Quæ omnia compendii cauſa delineavimus in ſuperiori ſchemate. pag. 243. *


Judicem verò ſic invenit. Supputatis omnibus punctis 16. linearum punctualium, & rejectis ex numero ab iis proveniente 12. quantùm fieri poterit, reliqua reſultantia puncta, ſemina & projice in 12 domos, incipiendo à 1. domo per ordinem domorum, & judica ſecundùm naturam figuræ ſeu planetæ & ſigni in domo illa inventi, in quam ultimus diſtributione inciderit punctus. Sic & teſtes, & judicem communi ratione productum rejicit, in hisque ab aliis Geomanticis diſſidet; Ejus autem hic verbi

o o
gratia judex erit figura 4. domus o o ut
patet in ſchemate. o o
o

II. Gerardi Cremonenſis praxis.

Secunda, perjucunda mihi, nec ita diſſentiens à ratione videtur Gerardi Cremonenſis illa methodus, quamvis ſuam ipſe ſolus ſequatur opinionem, quæ magni laboris plena, certius quiddam innuere videtur. Iſte enim, ut ſuo ſchemate cœleſti nudo & vacuo ſigna planetasque inſerat & inſcribat, ſic procedit.


Præmiſſis præmittendis 4. linearum punctuationes ſolas projicit, emergentemque ex illis figuram efformat; cujus ſignum dominans 1. domus præfigit, & 2. domus ſignum ordine ſequens usque ad 12. hoc modo.



Si reperiat verbi gratia emergentem ex

sua punctuatione hanc figuram o o / o o / o o / o illam in


1. domo collocabit, cum suo signo, aut signum solum, nullasque alias pro signis suis punctuationes instituit, sed ea omnia suo quo se sequantur ordine inscribit sic:



Tum verò projectis signis ad planetas descendit, pro quorum collocatione seorsim

4. effi-

fficit punctuales lineas, numeratisque o-
ibus punctis ablato quoties poteſt 12. col-
at planetam cujus gratia projectio facta
in domo quam exurgens, ex ablatione
denarii numeri quantum poteſt, nume-
ex ſe deſignat, ſeu in quam diſtributio-
ncipiendo ab aſcendente incidit punctum
mum; in 4. videlicet, ſi 4. in 6. ſi 6. pun-
remaneant; incipiendo 1, à ☉, deinde
iens ad ☽, tum ad ♀ dein ad ☿. poſt ad
hinc ad ♃, ab eo ad ♂, tandem ad ☊, de-
ue ad ☋, progreſſu ſequenti.



Sic remanent duo tantùm puncta, ablatis
antum poteſt (id eſt, hic quinquies) 12.
abit proinde ſuum ☉. in ſecunda domo,
npe in ♐, inſtituetque alias quatuor pun-
rum lineas, ut ex earum ratione Lunam
locet.

Ter-

Tertiam projectionem pro ♀.
Quartam pro ☿.
Quintam pro ♄.
Sextam pro ♃.
Septimam pro ♂.
Octavam pro ☊ Draconis in cujus op-
posito. In figuram locat ☋ caudam.

Qui modus jucundus, laboriosus, à nu-
loque alio Geomantiæ professore ante hâ-
traditus, aut celebratus auditur, quem tib-
ideò hic proposui, ut ejus si diligas proce-
sum possis itidem & illum imitari.

F I N I S.

Libri Primi.

DE

DE PRAXI GEOMANTIÆ.

LIBER SECUNDUS.

De Judicio.

CAPUT I.

SUPRA dictio modo insertis in tuum schema cœleste figuris, signis, & planetis ad judicium jam veniendum est. Videbis igitur primum, naturam figurarum, planetæ & signi domusque ipsarum, tum aspectus planetarum inter se.

Aspectus autem sunt 5. apud Astronomos, ☌ seu conjunctio, quæ est, quando planetæ duo sunt in uno signo; apud Geomanticos verò, quum duæ figuræ applicant, seu sunt collatorales, ut hîc in schemate

De aspectibus

Conjunctio quid apud Geomanticos.

o o

te, o o & o

o o o o

o o o

Bonorum inter se planetarum conju-
ctio bona est, malorum mala: estque o-
mnium aspectum robustissima. De u parti-
autem aut platico aspectu hîc tractandu-
non esset, cum alium hæc locum exposti-
lent, non ipsa Geomanticis conveniant, s-
De sextili Astronomico. tantùm Astronomis, nihilominùs tam-
hæc hîc exponentur: Sextilis Astronom-
est, quum duobus signis integris seu 60. gr-
dibus à se distant planetæ, seu 6ta. circuli i-
tegri parte, ut si verbi gratia unus sit in ♈
Aspectus platicus. alter in *Gem.* Sunt autem aspectus, vel plat-
ci, quum videlicet in signo tantùm debito r-
periuntur, ut si in toto signo ♈ unus, ali-
in toto signo *Gemin.* qui secundus ab Arie-
nominatur. Si verbi gratia ☉ est in 8. ♈,
in 12. aut 20. *Gem.*

Aspectus partilis. Alter est pactilis seu partilis, quando ne-
signis tantum quibusdam à se invicem d-
stant, sed eodem etiam numero graduu-
(quod intelligendum est de omnibus aspect-
bus) ut quum videlicet ☉ est in 10. gradu ♋
& ♀ aut alius est in decimo gradu ♍, &c.

Estque sextilis aspectus occultæ amicitiæ
vel mediocriter bonus, quia signis ejusder-
Signa masculina & fœminina. naturæ, nempe aut masculinis constat au-
fœmininis.

Signa autem masculina & fœminina alter-
natim sibi succedunt hoc pacto.

Sig

ig. masclu. diurna.	1. ♈		3. ♊		5. ♌		7. ♎		9. ♐		11. ♒	
ig. fœmin. nocturna.		2. ♉		4 ♋		6. ♍		8. ♏		10. ♑		12. ♓

Sextilis aſpectus Geomanticus, fit, quum *De ſextili Geomantico.*
ter duas figuras una media interjacet ut
ſchemate 1. & 3. inter quas eſt 2.

o   o o   o
o 1. o   o 3. o   o
o o   o   o 2. o
o   o   o o

Aſpectus quadratus, ſeu quartilis eſt *De aſpectu quadrato ſeu quartili.*
ıum duo planetæ inter ſe diſtant 4. parte
:culi, ſeu quum inter duos planetas inter-
nt tria ſigna ſeu 90. partes vel gradus, ut ſi
aneta ſit in ♋ verbi grat. & alius in ♎, eſt-
ıe vel partilis vel platicus ut ſuprà.
Eſt aſpectus occultæ inimicitiæ (quia ſi-
ıis natura & ſexu diverſis conſtat) ſeu me-
ocriter malus, robore mediocris.
Geomanticus verò quartilis eſt, quum
ter duas figuras duæ exactæ interſunt do-

o   o o
us ut hîc o 1. o & o 4. o interſunt 2. & 3.
o o o o
o   o

ura.
Trinus aut Trigonus fit, quum tertia *Trinus aſpectus.*
ntaxat circuli parte à dextra aut ſiniſtrâ,
u 120. partibus duo planetæ à ſe invicem
ſtant: vel quum inter duas planetas
tria

tria signa sunt intermedia, estque partilis at
platicus.

Est aspectus bonus simpliciter, seu perf
ctæ amicitiæ, quia constat signis ejusdem se
xus & naturæ, & triplicatis, ut si planeta siti
♈ alter in ♐.

Geomanticus verò est, quum inte
duas figuras tres integræ interjacent figu
ræ, aut domus, ut hic in schemate 1. cum 5
aut 9. figura,

Oppositio. Oppositio verò manifestæ inimiciti
aspectus, est quum diametraliter sibi pla
netæ opponuntur, per totum nempe cir
culi diametrum, estque partilis vel plat
cus; ut si unus planeta sit in ♈, alius in ♎
quum videlicet ex signis invicem integris
se distant Planetæ.

Est aspectus omnium pessimus eo quò
quæ opponuntur & maximè distant, maxi
mè etiam sibi inimicantur, ut dictum est su
prà, quum de planetarum exaltationibus &
depressionibus ageremus, ubi vis oppositio
nis quæ validissima est post conjunctionem &
præ aliis pessima innotuit.

Geomanticus verò est quum figuræ du
sunt in domibus sibi oppositis, ut in 1. & 7
&c. patet in schemate, de quo p. 195.
Astrologicus verò sidere est in schemate
Hic ☞

Posteà ad domorum naturas earumqu
particulares quæstiones te convertes easqu
maximè & exactissimè examinabis, vari
enim

nim quæſtionibus variæ domus deſignan-
ur ex proprietate, ut videbis infrà cap. 6.

Ad figuram igitur in domo quæſtionis in-
entam animum ſimul adverte , quod ſi hæ
guræ in naturâ, qualitate, triplicitate &c. aut
lia qualibet ratione inter ſe conveniant, bo-
um eſt, ſi maximè conſentiat Judex, ſeu 15. &
5. ſeu ſubjudex. Sin verò nullatenus con-
ordent ipſæ, ad 4. veniendum, quæ cum 13.
14. & 15. eſt conferenda, ut ſecundùm ea-
am naturam fiat judicium.

Videbis poſteà an horum trium judicio-
ım aliquod concurrat, *Occupatio* videlicet,
onjunctio, aut *Translatio*, quæ magni hîc ſunt
onderis ac momenti.

Denique an figura utraque (quæ nempe
ſt in domo quærentis & in domo quæſtio-
is) & inter illas hæc maximè, quæ nempe in
omo quæſtionis invenitur, alicujus malæ fi-
uræ aſpectu, vicinitate, aut creatione lædа-
ır, ſeu etiam & ipſa ex malis ſit prognata.

Occupatio autem eſt quando figura prima, *Occupatio.*
eu figura quærentis , eadem eſt cum figura
uæ eſt in domo quæſtionis, ceu (ut artis utar
erminis) tranſit in domum quæſitæ rei: tum
nim ipſa maximas habet vires indicatq; ali-
uam certitudinem boni ſperati, aut mali ap-
rehenſi, ſecundùm naturam figurarum, do-
orum, & quæſtionis, fitque hæc in ſchema-
: hîc præfixo ſic.

Si fiat quæſtio de inimicis occultis , an
idelicet quærens habeat inimicos occultos

o
& an illi potentiores ſint ipſo , o o figura
o o
o

♄ in prima domo exiſtens in ſigno Jovis, oſtendet quærentem habere multos inimicos, idque ex tranſitu ejuſdem figuræ primæ domus in duodecimam, quæ domus eſt inimicorum ; Illiſque ipſum eſſe meliorem & benigniorem, præſentia nempe ſigni Jovialis, in prima domo, ſeu domo quærentis : illos verò fortiores, & proditores eſſe, dominio nempe ♄ in duodecimam domum tranſientis, in qua ipſe gaudet,& etiam quod figura ſaturnina in ipſam cadat in ſignumque etiam Saturni. Ipſi verò inimici quærentem pro ſubſtantia ſeu bonis fortunæ ſunt aggreſſuri. Eorum verò qualitatem pete à natura & qualitate
o
o o ut dicetur infra.
o o
o

Coniunctio Geomantica. prima opinio.

Conjunctio figurarum (non autem planetarum ut in Aſtronomicis) nonnullis eſt, quum figura quærentis ſeu prima reperitur prope domum quæſiti, ut ſi verbi gratia de
o
amico fiat quæſtio, o o figura ♃, in ſua
o o
o o
domo, nempe in undecima, oſtendit amicum
o
bonum eſſe probum, o o in duodecima vi-
o o
o
deli-

delicet in domo ſubſtantiæ amici, illum ætatis provectioris, agricolam, nec ita divitem oſtendit, ſuâ nempe conjunctione cum undecima, quæ domus eſt quæſtionis, & correſpondentiâ cum prima, quæ eſt domus quærentis, cum qua ipſa eadem eſt.

Quin potius Conjunctio eſt talis poſitus figuræ quærentis cum figura domus quæſtionis, ut ambæ ſimul unam aliam tertiam figuram procreent, utriuſque naturæ participem. Certum dat ipſa judicium & forte; ut ſi hic verbi gratia, quis pater quærat de liberis, an videlicet patris ſubſtantiam ſint poſſeſſuri,

o
aut an quis filios ſit habiturus, o o eſt figura
o o
o

o
quærentis, o figura quæſiti, ſeu domus
o o
o o

quintæ, quæ filiorum eſt; quæ naſcitur ex

o
prima & ſecunda figura, quæ itidem o eſt,
o o
o o

In decima, malum, & in omnibus sangui-nis effusionem, iracundiam, vulnerationes rixas, querelas, jurgia, proditiones, res tri-stes, &c. maximè iis qui sunt in decima do-mo, Regem tamen initio belli victorem (dummodò sibi ab exitu malo caveat) evasu-rum, post multam sanguinis profusionem & maximam sui vigoris probationem; pessi-mum denique exitum à judicibus, principi-bus, Regibus & omnibus aliis ad decimam pertinentibus, tyrannidemque publicam denique malum ut dictum est pro omnibus exceptis amoribus inhonestis, emendisque omnibus bellicis instrumentis.

o o
o
o o
o o

In undecima.

In 11. signif.

In undecima, infortunium quærenti, spem malam, malosque & fictos amicos, angu-stias, dolores, variasque infirmitates, annum sterilem, & æstatem sicciorem, frumenti in-opiam, matrem & Regem paucis abundare pecuniis, eisque forte furto amittendis. Ma-lum denique pro omnibus quæstionibus, ex-cepta phlebotomia, & cucurbitarum appli-catione; pro quibus valet.

o o
o
o o
o o

In Duodecima.

In

In duodecima, inimicos multos, fortes, nigeros, fabrilem artem & igneam exercites, aliquâ corporis maculâ aut membri fectu insignes, insignem deniq; pauperem aut damnum seu in mercatura seu in quâvis arte, quam magno cum labore rcebit, maximè in venditione armenton; incarcerati damnum, & ferè condemtionem ad mortem violentam, ejusque ni eant alia occisionem, consentientibus aquin undecima & decima evasionem post gam tamen incarcerationem; amicos ad remam egestatem redactos. Malum nique in omnibus ejus domus quæstionis.

In 12. signif.

o o
o
o o
o o

In decima tertia.

In decima tertia, damnum magnatum, & incipum in itineribus propriis, nobilium ium & infortunium, in desideriis exitum opter ægritudinem & negotia.

In 13. signif.

o o
o
o o
o o

In decima quarta.

In decima quarta, laborem inutilem, nun- mala, odium inferiorum, latrones ini- os, itinera periculosa.

In 14. signif.

In

De Puella.

o
o o
o
o

In 1. ſignif.

IN prima, gaudium, lætitiam, cantus, hila
ritatem, nuptias, muſicam, & mulierun
conſortium; amorem bene indutum, hor
torum amantem; pro rebus jucundis & ve
nereis bonum, latronem tamen & prodi
tionem & pacem ſignificat.

o
o o
o
o

In Secunda.

In 2. ſignif.

In ſecunda, lucrum propter fœminas, bo
nam mercaturam, & fortunatum deſideriun
rem initiò difficilem, bonum tamen exitun
habentem, mulierem fidam & virginem, pe
cunias argenteas, iter bonum cum aliqu
tamen impedimento, pacem & debitorun
recuperationem.

o
o
o
o

In Tertia.

I

In tertia, bonam & ſynceram amicitiam ter parentes, vicinos, & fratres, utilitatem iis & hilaritatem, bonum iter, bonum m ſomnium; amicos valere, parentes, & cinos; mulierem pro re venerea inexorabi- n; ſcholaſticum ſtudioſum & amatorem, nſanguinitatem in matrimoniis.

In 3. ſignif.

o

o o

o

o

In Quarta.

In quarta, nullam hæreditatem ex paren- m incuria; domum jucundam & pul- ram; arcanorum occultationem; caſtellũ n expugnatum iri, ſed multa bella pro illo; ta nuntia; nullos theſauros præter de rebus llicis, promiſſi aut ſperati recuſationem, ultam aquam; fratrem & ſororem paucas btinere divitias, quamvis plures videantur ſſidere; patrem vivum, diutiusque con- ntiente octava victurum, filioque diutiùs; ediocritatem pro emendis prædiis; ſecun- flatu agitari navem, optato tandem portu uituram; itinera longiora pro itineranti- us. Bonum medicari.

In 4. ſignif.

o

o o

o

o

In Quinta:

In 5. signif.

In quinta, gaudium, bonos liberos, & aliis lætitiam, bona nuntia sed tardiora, & venerea; novas literas, delectationes & delicias cum mulieribus, musicam, famam prægnantis veram, masculum aut fœminam malæ naturæ, & astutum parituram, consentientibus tamen angulis; amicam fornicatiam gravem angustiam; promissum observandum; filium spurium; nullos in itinere prædones; castellum non obsessum; bonum emere vestimenta nova, annum fertilem, bonum osculari, lætari, canere & saltare, musicis instrumentis psallere, librósque & literas de ejusmodi materiâ allatas tractare paucos liberos sed pulchros.

o
o o
o
o

In Sexta.

In 6. signif.

In sexta, bonum pro servis & ancillis, morbum longum & periculosum, pituitosum & venereum, curabilem tamen; utilitatem in emptione animalium parvulorum, bonum pro meretricibus, fornicatione, & lasciviâ.

o
o o
o
o

In Septima.

In

In ſeptima, malas fœminas, ſtultas, laſci-
as, & fornicarías; malam ſocietatem; ma-
imonium contentioſum; inimicum faci-
em & reconciliabilem; laudabilem litis exi-
um; nihil furto ſublatum; fugitivum re-
erſurum; amaſiam bono & ferventi amore
mantem, mulierem & amaſiam amiſſas re-
erſuras; mulierem meretricem, ex illóque
dulterio plerúmque gravidam.

In 7. ſignif.

o
o o
o
o

In Octava.

In octava, ægrotum de vitâ periclitari; la-
hrymas ſuprà mortuos, occiſionem, carce-
es, intoxicationem, homicidii imputatio-
em, mortisque famam veram, recuperatio-
em rei amiſſæ, enſium evaginationes, con-
ugem & amaſiam ſatis divites, bonum in
mnibus exceptis necromanticis.

In 8. ſignif.

o
o o
o
o

In Nona.

In nona, iter per terram; Eccleſiaſticorum
lubricitatem, ſapientiam, & Philoſophiam
in ſomnia mala & venerea; abſentis reditum
cum labore; debiti poſt lites recuperationem,
beneficium non recepturum, niſi mediante

In 9. ſignif.

 mulière,

muliere; ſcholaſticum negligentem, amantem, noctivagum; navem ad optatum portum cum multis mercibus appulſuram, ſocios infidos. Optimum pro muſicis.

o
o o
o
o

In Decima.

In 10. ſignif.

In decima, honorem & lucrum apud divites, ſed cum labore, fortunam apud Regem ſperatam bonam, amorem & gratiam ex nobili muliere, bonum pro medico & medicina, pro matre, nuru & amaſia; victoriam pro Rege; litem pro fœmina aut ſervis aut liberis, recuperationem amiſſorum; lachrymas conſentiente quinta; jusjurandum verum; Regem diutiùs in regno manſurum, dominumque in ſua dominatione, neutrumque ægrotare, quod ſi ægrotent brevi ſanandos, bonum pro aulico, quia Rege magnam quæſitorum partem obtinebit; pacem, iter bonum, ſerenitatem, aliquando pluvias.

o
o o
o
o

In undecima.

In 11. ſignif.

In undecima, fortunam quærenti, fruitionem rei amatæ, amicum bonæ voluntatis & auxiliatorem, effectum ſperati, amici extranei

i fidelitatem & valetudinem, bonum pro
firmis, utile lucrum, desiderii & promissi
ectum, eleemosinam; annum ex omni
rte fertilem.

o

o o

o

o

In Duodecima.

In duodecima, lucrum & utilitatem pro- iâ industriâ, malum hominem, pericula, rceres, defectum quæsiti, bona armenta, imicos fortes & malos, equi emendi pul- ritudinem, incommoditatem ex servis, rnicationem.

In 12. signif.

o

o o

o

o

In decima tertia.

In decima tertia, gaudium & lucrum ex ma- iatibus; literas, nuntios, jucundos & veros.

In 13. signif.

o

o o

o

o

In decima quarta.

In decima quarta, periculum sed cum bo- io fine, validum epulonem, nuntios, amores, lamnũ ab inimicis, amissionem hæreditatis.

In 14. signif.



In decima quinta.

In 15. signif.

In decima quinta, conformitatem cum aliis superioribus.



In decima sexta.

In 16. signif.

In decima sexta, nota quòd si hæc sola figura in decima sexta reperiatur, & non sit in toto schemate, vel saltem sit in præcipuis domibus, complementum totius desiderii, maximè in venereis significat.

De Puero.



In Prima.

In 1. signif.

IN prima, lætitiam cum spe utilitatis, multitudinem filiorum, effectus complementum, verba mendacia, lubrica, luxuriosa, res flavas servis & ancillis concedendas; quærentem in paupertate moriturum post divitias,

itiàs, bonum epulari cum mulieribus, fur-
am, deceptiones, matrimonium cum dece-
tione; bonum pro amore; bellum denique
am deceptione, ingenio & ſalubritate.

o

o

o o

o

In Secunda.

In ſecunda, utilitatem in mercantia cauſa mulieris, conſequutionem deſiderii; bella-torem victoriam & lucrum cum honore con-ſequuturum; iter cum animoſis & militi-bus; nuntios promptos & ſine utilitate, ex-ceptis rebus bellicis; amiſſam rem recupe-raturam, cum iracundia tamen & quadam triſtitia.

In 2. ſignif.

o

o

o o

o

In Tertia.

In tertia, diſcordiam & iracundiam inter fratres & parentes, non tamen ſine utilitate, maximè ſi ſint milites; laſſitudinem in iti-nere, & aliquando latrones; ſomnia vana, militum innocuum in itinere occurſum.

In 3. ſignif.

o

o

o o

o

In Quarta.

In 4. signif.

In quarta, proficuum in Magisteriis amo-ris; profectum cum parentibus consentien-tibus angulis, litemque cum patre & matre pro hæreditatibus & rebus sub terram de-fossis; malum esse mutare locum; absentem cum lætitia reversurum; medicamentum ... lum; res occultas pretiosas, maximè martia-les; patrem sanum & validum; domum sub litibus & disceptationibus versari, ut & præ-dia quæ ideò non emenda sunt; terras & campos minimi proventus; arcem aut urbem non ita pulchram, sed obsidentibus non cessuram, nullosque thesauros occultos con-tinere; malum finem omnium quæstionum, exceptis bellicis & venereis; substantias fra-tris, sororis, divitiasque paucas; filium spu-rium. Malum denique in aliis propositio-nibus.

o
o
o o
o

In Quinta.

In 5. signif.

In quinta, liberos lætos; nuntios falsa nun-tia afferentes, lites ob substantiam pupillo-rum, verba superflua de luxuria, promissi in-stabilitatem; tabellarium brevi literas belli-cas allaturum; pro amore & lætitia malum, exceptis adulteriis & fornicationibus; præ-gnantem masculum edituram; multos itine-ri insistere prædones, filium non obiisse, sed valdè vulneratum esse; vestimenta nova & alia

non

n emenda, exceptis bellicis & martialibus;
ani mediocritatem cum quadam grandine;
ucos liberos eosque bellicosos, prædones
it amatores.

o
o
o o
o

In Sexta.

In sexta, malas fœminas, morbum servo- rum, lucrum in bestiis, damnum in servis, qui fortè morbo aut fugâ peribunt; fami- am quærentis sanam, sed mœrore & luctu onfectam; ægrotum febre laboraturum, aut ceribus, tumoribus aut contusionibus, ndemque convaliturum; servos fugitivos, ulieres impudentes, morborum recidivas, maximè morbus ad primam domum spe- et. Malum denique pro omnibus, exce- tis meretricibus, lenonibus, & militibus, otuq; cathartico sumendo; mulierem præ- nantem masculum edituram cum periculo ortis.

In 6. signif.

o
o
o o
o

In Septima.

In septima, matrimonium illicitum, & hor- endum cum gaudio, mulierem meretricem nsignem, infidelem, contentiosam, impu-

In 7. signif.

dentem, inimicam, utile consortium, inim
cum validum & malæ voluntatis, litis ami
sionem incuriâ sollicitationis, latronem ca
tum & malitiosum, rixas & jurgia ex ludo
puellam corruptam & non virginem, amas
impensiori amore ferri in hominem amatū
hominem ingeniosum, maximè in bellici
militem victorem rediturum; amicitiam in
stabilem; furem aufugisse remque furto abl
tam esse amissam; multas denique inimiciti
& mala exceptis in bellicis.

o
o
o o
o

In octava.

In 8. signif.

In octava, mortem inimicorum, frauda
tam hæreditatem pupillorum, quòd si con

o o
jungatur cum o sanguinis amissionem
o o
o o

& vulnera; furtum recuperaturum iri; na
vigantem submersum esse; mortem ægro
brevem, consentientibus aliis; consiliarium
inimici & conjugis malum, eósque ad ma
lum impellentem; mulieris paucas divitias
malum denique in omnibus quæstionibus
exceptis necromanticis & venereis pro qui
bus est bona.

o

o

o o

o

In Nona.

In nona, peregrinationem longinquam, ntium cum literis falsis, debitum recupe-turum iri post litigium, hominum infide-atem, hæreditatis expectatæ consequu-onem per medium Ecclesiastici, expectati esiderii consequutionem; inimicorum via-ori occursum; religionem falsam, vini po-um, falsasque visiones; beneficia Ecclesia-ica non nisi vi consequenda; navem invasio-is timorem incurrere; bellica quæ circun-runtur nuntia vera; somnia de rebus ru-ris & bellicis; scholasticum bellicis exer-rcitationibus solùm addictum. Bonum pro olis necromanticis.

In 9. signif.

o

o

o o

o

In Decima.

In decima, lucrum & honorem ex Regis servitio, & maximè in bello; mulierem di-vitem, lites & injustum judicem; inimicum, proficiscentem victurum; bonum medicum, & bonum medicari; castellum non expugna-tum iri, expulsum castelli dominum re-versurum, illúdque recuperaturum, cum quodam

In 10. signif.

quodam mortis periculo; jusjurandum fal
ſum; Regem extra regnum in bellum pro
fecturum; in Regem, Imperatorem au
Pontificem non electum iri illum de qu
quæritur; morbum brevem; tempus ſu
dum & ſerenum; mediocritatem in omni-
bus hujus domus quæſtionibus, extremam
bonitatem pro bellicis & venereis.

o
o
o o
o

In undecima.

In 11. ſignif.

In undecima, falſos milites, & infidos amicos fictos, aulicos, infidos & iniquos, & proditores; omnem denique contrarietatem, abſentis poſt longum tempus reditum cum honore; anni fertilitatem & copioſas aquas, herbas & vinum, initio tamen corrumpentur fructus, exceptis uvis & ficubus; multitudinem meretricum, promiſſi inſtabilitatem fortunæ quærentis mediocritatem; malum, denique in omnibus, excepto amore matronæ cujusdam, ad quem quàm maximè valet.

o
o
o o
o

In duodecima.

In

In duodecima, damnum, mutationem; xitum è carcere & captivitate tardum, post ormenti applicationem, consentiente taien sexta, & octava; fœlicem meretricem, ornicationem, crapulam, ebrietatem, omnia eniq; quæ sunt contra honestatem; insultum invasionem à lupis, iter infortunatum, magnitatem infirmi & proditoris, iracundiam indignationem in Principes, & Magnates, ilites & amicum sine causa præcedente; boum occurrere inimicis & equos emere.

In 12. signif.

o
o
o o
o

In decima tertia.

In decima tertia, iter impeditum à prædobus, & homicidis; amissionem hæreditatis, olentam domus ruinam.

In 13. signif.

o
o
o o
o

In decima quarta.

In decima quarta, malum consortium, lsum matrimonium, meretricem & animi stabilitatem.

In 14. signif.

De Fortuna majore.

o o
o o
●
●

In

In Prima.

In 1. ſignif.

IN prima ſignificat utilitatem & honeſtu
lucrum, principem juriſconſultum, læti
am, divitias, & proſperitatem, amicitiam R
gum; bonum in omnibus exceptis obſerva
dis arcanis & ſecretis.

o o
o o
o
o

In Secunda.

In 2. ſignif.

In ſecunda, divitias, lucrum maximè
beſtiis, & maximè per fœminas, lætitiam, d
ſiderii quærentis complementum, mune
aurea & argentea, in rebus triſtibus mela
choliam, alibi ſemper lætitiam, fidelitate

o o
o o
o
o

In Tertia.

In 3. ſignif.

In tertia, bonam fortunam & lætitiam
fratribus, parentibus, & amicis; utile iter
peregrinationem propter fœminas; ſpera
effectum; congregationem ſapientum bo
nam, firmam ſocietatem; bonum mittere e
piſtolam aut aliam rem, bonum nuntiu
prægnati bonum à fratribus, vicinis, conjun
ctis, mulieribus, & maximè nobilibus; qu
rentem in parentes iratum, propter quos &
damnum patietur; perfectam amicitiã cu
parentibus conſentiente tamen 4. & 10. Bo-
num in aliis.

o o
o o
o
o

In Quarta.

In quarta, utilitatem in immobilibus & ædiis, paternisq; hæreditatibus; arcem ex- ignatam iri si obsideatur, viatorem in bo- um finem sua negotia deducturum, & cum cro; bonum medicari; patrem nobilem, & ipsius parentes; domum pulchram se, & jucundæ habitationis; prædia emen- ; nullos thesauros occultos; fratrem & rorem divites; patrem filio diutiùs victu- m, consentiente quinta; filium legitimum; alum pro melancholia.

In 4. signif.

o o
o o
o
o

In Quinta.

In quinta, bonam famam, amicitiam, læ- tiam ex epistolis, bonos liberos, & paucos; artum masculi è prægnante; accusationem rægnantis veram; desiderii consequutio- em per mulieres; filium nec mortuum nec grotum, sed brevi venturum cum literis spectatis, jucunditate, & dilectatione, & egotiis Regiis refertis; fidelitatem inter a- nantes, pro quibus optima est, pluviam, onsentiente decima annum fertilem, filium gitimum.

In 5. signif.

In

o o
o o
o
o

In Sexta.

In 6. ſignif.

In ſexta, morbum curabilem à ſanguini corruptione, diarrhæam aut dyſſenteriam aut firmam ſanitatem; utilitatem ex ſervis & animalibus; infirmitatem in mulieribus, parentes quærentis ſanos; bonum comparar equum & ſervos; teſtes veros; bonum medicari, medicum probum. Bonum denique i omnibus exceptis meretricibus & lenonibus, qui maximam in ſuis negotiis peragen dis fuſtium pluviam ſunt excepturi.

o o
o o
o
o

In Septima.

In 7. ſignif.

In ſeptima, bonas nuptias, bonam fœminam, caſtam, prudentem, & divitem; divitias, victoriam ab inimicis, vitam quietam tardum abſentis reditum, ſed cum lætitia & lucro; finem litis ſecundum optatum quærentis; nullum furem domi; lucrum pro lu dente; pacem; conjugem aut amaſiam amiſſam redituram.

o o
o o
o
o

In octava.

In octava, utilitatem ex mortuis, morbum periculosum non læthalem, consentiente quarta, & longum consentiente sexta; mortem naturalem; proficuum in regione alie-; mulierem & inimicos divites; patrem fra- supervicturum; exitum ex periculo maxiè apprehenso, etiam mortali, consiliarium imici & mulieris probum & fidum. In neomanticis solis malum.

In 8. signif.

o o
o o
o
o

In Nona.

In nona, honorabile & utile iter in plagas ternas, sed longum; scientiam, bonum jucium, consequutionem beneficii Ecclesiaci optati, somnia bona, & vera, de Regis tantùm & Magnatibus; debita non perlvenda; rumorem vulgarem bonum; scholticum probum & literatum evasurum; ros de Regibus, Principibus, Magnatibus, gibus, moribus, regiisque decretis tractare; vem ad optatum portum cum divitiis apulsuram; bonum denique pro omnibus aximè pro scientia & doctrinâ.

In 9. signif.

o o

o o

o

o

In Decima,

In 10. ſignif. In decima, bonum eſſe Regi aut Princi[illegible] occurrere, ab iis enim honores, divitias & d[illegible] gnitates excipiendas; optimum pro medica[illegible] tione; Regem regnumque pacificum; [illegible] mater, murus, avunculus, aut amita labo[illegible] rent, eos brevi ſanaturos; Principum con[illegible] gregationem, ducem victorem; Regem æ[illegible] grotum, aut Principem brevi convalituros; tempus ſudum, ſerenum, & ſalubre. Bo[illegible] num denique in omnibus hujus domus quæ[illegible] ſtionibus.

o o

o o

o

o

In undecima.

In 11. ſignif. In undecima, utilitatem ab amicis per ſer[illegible] vos, aut filios Regis aut Principis, aut auli[illegible] cos & nobiles; amicum fidum, ſpem bonam annum fertilem, paucas pluvias, copiam hordei, paucum frumentum, & alios fructus ficus & uvas paſſuras detrimentum; matrem & Regem divitias multas habere furto non ſubditas; amicitiam quærentis cum magna[illegible] tibus, & maximè cum nobili quadam ma[illegible] trona.

o o
o o
o
o

In duodecima.

In duodecima, incarcerati liberationem, t & captivi ab hoſtibus retenti; accuſatio- em veram, & tamen evaſione à periculo; icrum in emptione armentorum, & equo- im; morbum periculoſum; equum emen- uin velocem; equum amiſſum recupera- ıniri; longa debita & perſolvenda, ma- ım pro itinere.

In 12. ſignif.

o o
o o
o
o

In decima tertia.

In decima tertia, bonum & utile iter ad .egem & ad Magnates.

In 13. ſignif.

o o
o o
o
o

In decima quarta.

In decima quarta, deſiderii complemen- ım, honorem & divitias à nobilibus, exitum carcere & morbo.

In 14. ſignif.

o o
o o
o
o

In decima quinta.

In 15. signif.

In decima quinta, fortunam & ſucceſ-ſum in omni re maximè conſentientibu[s] aliis.

De Fortuna minore.

o
o
o o
o o

In Prima.

In 1. signif.

IN prima, iracundiam & celeritatem in o-mnibus, negotiis, maximè bellicis; bonum pro itinere, maximè ad Principes & Magna-tes; ſperati optimum finem in amoribus ſed cum detectione & declaratione.

o
o
o o
o o

In Secunda.

In 2. signif.

In ſecunda, divitias, honores, lucrum etiam in mercatura, & cum parvo labore, & cele-ritatem in omnibus rebus.

In

o
o
o o
o o

In Tertia.

In tertia, amicitiam cum Magiſtratibus contractam; parentes fidos ſed bilioſos & racundos; abſentis brevem reditum, & cum ucro, & ſine damno, bonum inire ſocietaem in mercatura; judicem ad quæſita facilimum; ſcholaſticum & vicinum bonos; num in omnibus rebus cum quadam tamen holera.

In 3. ſignif.

o
o
o o
o o

In Quarta.

In quarta, paternæ hæreditatis conſequu-tionem, theſauros regios, itinera ad paren-es, patrem nobilem ut & avum, ſed naturæ holericæ; domum cum omnibus ſuis appen-licibus pulchram, & bonam; prædia e-nenda, quæ tamen igni & militibus futura ſunt obnoxia, nulloſque theſauros conti-nent; malum itineri ſe dare, & medicari; plantam excolendam, officia non perpetua, ſecreti detectionem; urbem bonam & po-puloſam, militibus ſolis & furioſis habita-tam; bonum finem pro bellicis propoſitio-nibus, malum pro pacificis; patrem filio præ-

In 4. ſignif.

moriturum, filium ſpurium; navem brevi a optatum portum appulſuram, non ſine in vaſionis & incurſionis timore; domum diu tiùs ab hoſpite habitatam iri, celeritatem de nique in omnibus & bonum excepta pace.

o
o
o o
o o

In Quinta.

In 5. ſignif.

In quinta, honores & dignitates, bonum iter, bonos filios & multos, victoriam duci in bellum proficiſcentis, bonam navigationem, fructuum ubertatem; rumorem de imprægnatione verum, partum maſculum cum magno vitæ diſcrimine; bona nuntia & bellica, promiſſi exequutionem; pro amaſiis malum, exceptis adulteriis & fornicationibus; caſtellum expugnatum iri, ſi obſideatur, multos in itinere verſari prædones, filium brevi convaliturum, & venturum conſentiente ſexta; filium ſpurium, veſtimenta nova non induenda, paucæ enim ſunt durationis.

o
o
o o
o o

In Sexta.

In 6. ſignif.

In ſexta, ſervorum, ancillarum, & ſubditorum fidelitatem, & invaletudinem, morbos

Re-

egum, & Principum; lucrum in emendis
ſtiis; morbum chronicum, & convale-
entiam, conſentientibus aliis; teſtes veros
maliciofos; medicum probum, ipſiusque
edicamentum bonum ſi maximè conſen-
it quinta cum ſeptima; amiſſas pecudes
n recuperandas; lenonibus & meretricibus
iem obtatum, & detectionem præ nimia
leritate, aut avaritia, in recipiendis pro-
iſſis muneribus.

o
o
o o
o o

In Septima.

In ſeptima, inimicum malum, potentem malæ voluntatis, conjugem nobiliſſimam, ılchram, divitem, bonam, iracundam, & adteriis obnoxiam, homicidium à magno hoine perpetratum, latrocinii imputationem ·ram, litis laudabilem pro quærente exim, ſed cum labore, & importuna ſollicitaone, latronem, cautum & aſtutum, fugitiım non reverſurum, luſorem amiſſurum, ominem induſtrium in rebus bellicis & viorem, latronem nec rem furto ſublatam ıveniendam, malum denique exceptis belcis & venereis.

In 7. ſignif.

o
o
o o
o o

In Octava.

In 8. ſignif.

In octava, mortem aut timorem Regum ita ut quærens eos timeat; propenſionem i amentiam, & ſi rubeus in ſeptima ſit, mor tem per effuſionem ſanguinis; non bonum egredi è patria, minùs iter facere timore in carcerationis aut mortis violentæ; aliquam fortè hæreditatem; homicidii ſuſpicionem veram; bonum pro venatione, & aucupio timorem mortis violentæ, aut veneno, au igne; convaleſcentiam ægrotantis Regis au Principis, vel ipſius mortem, ex judicio pri mæ, ſextæ, & decimæ. Denique in omnibu mediocritatem exceptis necromanticis qui bus nocet.

o
o
o o
o o

In Nona.

In 9. ſignif.

In nona, ſcientiam & lucrum in peregri natione, & loci mutatione ad extraneos, de bitum facilè perſolvendum, Regem à peri culo & morte benè ſervatum iri, hominem fi delem, & Deum timentem; bonum pro af finitate Regum aut Prælatorum aut gratia ab iis exoptandâ, memorationem Angelo rum, & rerum cœleſtium; beneficii conſe quutionem, propter ſcientiam & doctrinam, cujus tamen exigui ſunt proventus; tabella rii brevem adventum; libros & literas de negotiis regiis & principum tractare, ut & ſomnium; ſcholaſticum doctum & honora

tum

ım futurum. Bonum denique eum qua-
àm bilis temper atione.

o
o
o o
o o

In Decima.

In decima, amicitiam & familiaritatem
ım Principibus,& Magnatibus maximè pro
egotiis bellicis, Regem & Principem bo-
os, ſed paululum iratos, & quærentem plus
uàm mediocriter amantes, quod ſi ægro-
ent, brevi convalituros; medicum probum,
 medicamenta ipſius ſalubria; conſequu-
ionem quæſiti cum litigio; Regem aut ju-
icem, juſtitiam exactam exercituros; Re-
em vel ducem è bello victores redituros,
ominem deſignatum in Regem Imperato-
em aut Pontificem (pro quæſtione) electum
ri, ſed cum quadam triſtitia & mœſtitia; au-
icum ab aula regia non expulſum iri; bo-
ıum iter per mare, Regem aut Principem
eregrinates brevi reverſuros, ſed cum
uâdam iracundiâ, temporis ſerenitatem &
alubritatem, ſine pluviis. Denique aliunde
racundiam.

In 10. ſignif.

o
o
o o
o o

In undecima.

In 11. signif.

In undecima, bonam ſpem, bonos amicos, fortunam, ſocietatem, Regis & matris mediocres divitias, furto ſubjectas, alacritatem cantus, ſaltationes, choreas, ingreſſum Regis bonum, annum fertilem & pluvioſum, bonum denique in omnibus & maximè venereis.

o
o
o o
o o

In duodecima.

In 12. signif.

In duodecima, lucrum ex loci mutatione, amiſſionem dignitatis & gloriæ, ſi duplicetur in decima domo, regni amiſſionem, Regi per ſe aut liberos; liberationem ex carcere; majores quærenti quàm inimico vires, cum quodam timore; utilitatem ex emptione armentorum; equum bonum & velocem; debita hominem perſoloturum; equum ut & alia amiſſa recuperanda. Bonum denique in aliis exceptâ conſequendâ in alium dominatione.

o
o
o o
o o

In decima tertia.

In 13. ſignif.

In decima tertia, proficuum in via, & conſequutionem quæſiti ab aliquo domino.

In

o
o
o o
o o

In decima quarta:

In decima quarta, longam vitam, bonam
rtunam & quæſiti conſequutionem.

In 14. ſignif.

o
o
o o
o o

In decima quinta.

In decima quinta, bonam ſucceſſionem,
mam, divitias, bonum eventum in omnib⁹.

In 15. ſignif.

De Populo.

o o
o o
o o
o o

In Prima.

N prima ut plerumque falſam totam figuram reddit, ut oſtendimus ſuprà pag. 186. phorismo octavo; nihilominùs tamen bo- eſt hæc figura pro omnibus congregatio- bus, ſeu ratione matrimonii, ſeu magna ngregatione hominum, propter bellum, inerationes bonas, & celeres tam per a- uas, quàm per terram. Denique omnia quæ con-

In 1. ſignif.

concernunt aquas, & flumina, naves, me-
lendina, prata, aquæ ductum, pluvias.

o o
o o
o o
o o

In Secunda.

In 2. signif.

In secunda, divitias cum bonis, & mal-
cum malis, lucrum in mercatura & merca-
torum etiam commeatus, & congregatione-
itineris velocitatem, amores frigidos.

o o
o o
o o
o o

In Tertia.

In 3. signif.

In tertia, amicitiam cum parentibus, eo-
rumque multitudinem, & vicinorum, mult-
itinera & cum societate non sine rixâ, plu-
viis, & periculo; loca aquosa, absentis cele-
rem reditum, & jucundum, bonum somni-
um, nuntia bona.

o o
o o
o o
o o

In Quarta.

In 4: signif.

In quarta, hæreditatem cum labore, mul-
titudinem aquarum, itinera nocturna, agri-
culturam, sylvarum plantationem, bonam

oc

cultorum revelationem, annum fertilem; esaurum propè flumen abſconditum, nec ventum iri, niſi conſentiente octava, ut & ædia de quibus quæritur, præfocationem aqua, congregationes multorum, & maè mulierem, pro emptione & venditio: fundorum, urbem populoſam, & variis ntibus irrigatam, & expugnatam iri ſi obleatur, propter incolarum imbecillitatem, ui ut plurimùm nautæ ſunt; patrem filio æmoriturum; navem brevi & ſecundoım ventorum afflatu venturam cum divis, hominem in urbe aut domo diutiùs non anſurum. Bonum pro venatione, & non o medicatione, bonum denique pro omibus exceptis venereis.

o o
o o
o o
o o

In Quinta.

In quintà, congregationem mulierum, ultitudinem liberorum, ſed vix vitalium, opter humiditates; mulierem prægnanm; hæreditatem à muliere, liberos ingeoſos; maſculi partum poſt multos dolos; imprægnationis ex adulterio famam lſam; honorem ex Principe; conjugium, ongregationem pro rebus lætis, oſcula, nplexus; potum ſalubriorem corpori cibis ſis; promiſſi inſtabilitatem, nuntia & liteıs de rebus aqueis, & aquaticis hominibus;

In 5. ſignif.

filium

filium non obiisse sed brevi venturum; annum fertilem, denique pluviam proximam

o o
o o
o o
o o

In Sexta.

In .6 signif. In sexta, multas bestias, & servos fidos morbum phlegmaticum & catharthosum & consentiente octava curabilem, alioquin lethalem; bonum medicari, & phlebotomari itinera per aquas periculosa, præ timore submersionis, multos milites congregatos iri. Bonum pro omnibus, exceptis lenonibus & meretricibus.

o o
o o
o o
o o

In Septima.

In 7. signif. In septima, multos inimicos propter mulierem, aut iujuriam congregatos; exercitus in hostem profecti regressum, propter aquas, Martemque utriusque dubium; fugitivum reversurum, multitudinem & congregationem hominum matrimonii causa; amicitiæ muliebris instabilitatem, furem furantem, litis amissionem; matimonii qualitatem pete ex prima; puellam corruptam, victoriam in bello consentiente decima, in aliis mediocritatem.

In

o o
o o
o o
o o

In Octava.

In octava, lachrymas propter mortuum; In 8. significat
tilem hæreditatem à mortuis; grave dam-
ıum à mulieribus, timorem mortis, multo-
um congregationem propter mortuum;
ırtum aut rem amiſſam recuperandam;
ıorbum chronicum & periculoſum, tan-
emque curabilem, conſentientibus prima &
ecima; mortem à catarrho, aut præfoca-
onem in aqua; homini multitudinem mi-
tum terrorem incutere; homicidii impu-
ıtationem veram perpetratumque fuiſſe co-
am multis; conjugis & inimici conſiliarium
ıediocriter bonum; viatorem cum pauco
ıcro reverſurum. Solis necromanticis ma-
ım, niſi pro fluvii repræſentatione.

o o
o o
o o
o o

In Nona.

In nona, multa itinera, & maximè per In 9. significat
quas, quibus optimum ſignificat, multa
ɔmnia maximè de aquis aut de congrega-
onibus hominum, pluvias, tempeſtates in
ıari, ſocialem peregrinationem, nullum
ɔei aut promiſſi complementum, nullum
apud

apud Magnates pro negotiis favorem, accu-ſationem falſam, jusjurandum non accep-tandum, debitorum perſolutionem violen-tam, mediocre beneficium & pauci proven-tus, pro ſcholaſtico mediocritatem.

o o
o o
o o
o o

In decima.

In 10. ſignif.

In decima, Regum conſilium; magnam militum congregationem, regio juſſu, u pro pace ſtabilienda, aut nuptiis; ducis in bellum proficiſcentis victoriam; Regis gra-tiæ obtentionem pro quærente, & maxime de iis quæ aquas reſpiciunt; ſuffocationem civium & nobilium propter rebellionem; ſchiſma, plebeii exaltationem, medicum probum, medicamentum utile, matrem plo-rantem, jusjurandum malum, Regem non diu in Regno manſurum; illum qui in Re-gem, Imperatorem, aut Pontificem eligetur, prædivitem, & illuſtri è ſtirpe progenitum eſſe; ab aula expulſionem alicujus, ſed eum brevi tempore reverſurum; aëris mediocri-tatem cum pluviis; in quæſtionibus aqua-rum & matrimoniorum propter congrega-tiones optimum.

o o
o o
o o
o o

In undecima.

In

In undecima, amicos multos, fortunam uærentis bonam, divitias, thesaurum insigem maximè à Rege aut matre, desiderii comementum, amici & socii fidelitatem, anni rtilitatem, & fructuum copiam.

In 11. signif.

o o
o o
o o
o o

In duodecima.

In duodecima, multitudinem inimicorum carcerato, ipsum ad necem aut carceris pertuitatem prosequentium; debitorum inubilitatem, & propter ipsa debita fortè inrcerationem; latronis incommoditatem, & gam sine lucro; fraudes in amoribus, lonm exilium per proditiones; fraudes unirsales; inimicum non aggrediendum; arenta, & etiam equos utiliter emendos. Man denique in omnibus, & congregationem aliquo malo semper indicat.

In 12. signif.

o o
o o
o o
o o

In decima tertia.

n decima tertia, proficuum à Magnatibus, hum pro societatibus, bonum & utile r per amicos, & eorum causa; absentis litum, utilitatem ex itneribus, per eos qui decimam spectant.

In 13. signif.

o o
● o
o o
o o

In decima quarta:

In 14. signif. In decima quarta, lucrum matris occasio-ne, & parentum, aquas, grandines, vento- congregationes populorum pro ratione fi-gurarum ex quibus oritur.

o o
o o
o o
o o

In decima quinta.

In 15. signif. In decima quinta judica secundùm natu-ram duorum testium pro bono aut malo, i utrisque tamen tarditatem, exceptis aquati-cis in quibus velocitatem.

De via.

o
●
o
o

In prima.

In 1. signif. IN prima, itinera bona & parva, cum exi-guo profectu, imò & cum paupertate; vi-tam infœlicem, & fluxionibus expositam exitum è carceribus; aliquam duntaxat bo-nitatem.

o
o
o
o

In Secunda.

In ſecunda, damnum, nullumque profe-
tum ſine gravi labore; rem amiſſam non
ecuperaturam; ſocietatem pauperem, & ſi-
e lucro; matrimonii diſſolutionem. Deni-
ue infortunium, niſi in itinere in quo ali-
uam tarditatem & paucum lucrum.

In 2. ſignif.

o
o
o
o

In Tertia.

In tertia, paucos effectus à parentibus; iti-
era brevia periculoſa, nec per aquas ſuſci-
enda; effectus conſequutionem in re ſpe-
tâ; bonum diſcedere à ſocietate; ſomnia
ona, jusjurandum falſum, hortos & loca
orica, paucos fratres, literas ex parte pro-
mâ adventantes bona nuntia afferentes;
morem in itinere & terrorem à parenti-
is.

In 3. ſignif.

o
o
o
o

In Quarta.

In 4. signif.

In quarta, amissionem hæreditatis, malu nisi pro terrestribus itineribus, quamvis i aquaticis præstet, urbem obsessam non expu gnatam iri, ingressum in aliquod solum ma lum, egressum bonum, medicamentum bo num, ut & agriculturam; quæstionem pauc men sib9 annum in suo effectu superaturun thesaurum occultum non inveniendum; ca stellum aut prædia aquas vicina, fratris au sororis divitias paucas; patrem diuturnæ vi tæ, filium legitimum; prædia aquis vicinia e menda; navem ad optatum portum appulsu ram. Bonum denique in omnibus excepti venereis.



In quinta.

In 5. signif.

In quinta, literas & nuntios parvi momenti, paucos filios bonæ naturæ & brevis vitæ; potum cibo utilius; masculi partum, imprægnationis famam falsam, sed potiùs aliquam molam in utero; promissi instabilitatem. Malum denique nisi in itinerationibus in quibus brevitatem, brevemque tabellarii adventum, de rebus aquaticis aut itineratione nuntia afferentem.

In

o
o
o
o

In Sexta.

In sexta, principium aut incrementum orbi periculosi & brevis; servos fugitivos, imalia minuta emenda, parvum tamen utrisque lucrum; medicum malum, & mecamentum, testes falsos, lenonem item falm & deceptorem, fustibusque impetenim; familiæ quærentis valetudinem.

In 6. signif.

o
o
o
o

In Septima.

In septima, mulieres instabiles, corruptas, uperes, meretrices, triste matrimonium, evem & fidelem societatem, sine lucro, & m damno; puellæ corruptionem & impucitiam, ludentis infortunium; nullam in aore fidelitatem, latrones & ipsorum morm, pauperes inimicos & debiles, litis amisonem. Malum denique nisi pro itineribus quaticis.

In 7. signif.

o
o
o
o

In Octava.

In 8. signif. In octava, mortem ex morbo, consentiente prima & decima, exitum è carcere & periculo, nullam hæreditatem, nullum ex itinere profectum; conjugem & amicam pauperes; latronis cum furto exitum; consiliarium inimici & conjugis mediocrem. Malum denique nisi pro necromanticis.

●
●
○
●

In nona.

In 9. signif. In nona, iter longum, breviter & cum utilitate perficiendum; beneficii Ecclesiastic amissionem, cum pauco tamen lucro; debitorum solutionem cum litibus; fœlicitatem scholastico; somnia de rebus aquaticis & aquæ potu.

○
●
○
○

In decima.

In 10. signif. In decima, regnum instabile, iniquos judices, malam famam; parum lucri ab homine & fœminis nobilibus; victoriam procedentis in inimicos; bonum pro cathartico sumendo; rem amissam non recuperaturam; matrem bonam & divitem; jusjurandum bonũ; Regem validum, hominem designatum in Pontificem, Regem aut Imperatorem non electum

tum iri; malum pro Rege in bellum pro-
ſcente; viatorem brevi reverſurum; iter
ximè per terras optimum.

o
o
o
o

In undecima.

In undecima, lucrum apud ámicos, dona
ercantiæ, fortunam tamen exiguam; ſpei
ectum ut & promiſſi, epiſtolas brevi ven-
tas. Bonum denique in omnibus hujus
mus quæſtionibus.

In 11. ſignif.

o
o
o
o

In duodecima.

In duodecima, exitum è carcere & timo-
liberationem à debitis, juſtitiam per a-
icos; inimico occurrendum, & exuen-
im, armenta & prædia emenda. Bonum
nique in omnibus aliis.

In 12. ſignif.

o
o
o
o

In decima tertia.

In decima tertia, proficuum in itineribus,
onam & ſecuram vitam, paucos imbres,
tilem venditionem.

In 13. ſignif.

o
o
o
o

In decima quarta.

In 14. signif.

In decima quarta, damnum in mercantia, iter breve, & brevem abſentis reditum.

o
o
o
o

In decima quinta.

In 15. signif.

In decima quinta, bonum finem, & bonam mutationem, pro ratione figurarum ex quibus oritur.

De Conjunctione.

o o
o
o
o o

In prima.

In 1. signif.

IN prima, bonum in rebus mercurialibus; concordiam & ſocietatem cum amicis aut prægnantibus bonam; eloquentiam, ſubtilitatem, malignitatem, inſtabilitatem, colorum varietatem, bonam denique ſemper cum bonis figuris, & malum cum malis, ſecundùm rationem Mercurii, cujus eſt figura.

In

o o
o
o
o o

In Secunda.

In 2. signif.

In ſecunda, congregationem amicorum, onum exitum rei incœptæ, lucrum è mone- s albis, complementum deſiderii cum mu- eribus, lucrum ex ingenio, maximè in mer- atura, rei amiſſæ cum labore gravi & longo mpore recuperationem; multos ſpurios illegitimos filios congregatos, compara- onem manuſcriptorum; brevem tabella- adventum; bonorum & hæreditatum mortuis acquiſitionem.

o o
o
o
o o

In Tertia.

In 3. ſignif.

In tertia, conjunctionem & amicitiam in- r parentes, & vicinos ingenioſos, bonum breve iter, reditum tabellarii cum literis agis tantùm repletis, bonum pro ſchola- ico, & re amiſſa quæ recuperabitur, ſomnia ediocria.

o o
o
o
o o

In Quarta.

In 4. ſignif.

In quarta, bonum inviſere patrem, ipſum enim aut ægrotum aut moribundum eſſe, qui ſi non obierit epiſtolas mittentem; bonas hæreditates, pulchra ædificia, theſauros occultos cum ſubtilitate & induſtriâ inveniendos; urbem obſeſſam non expugnatam iri, propter ſitum & prudentiam civium; domum & prædia emenda, mercaturam exercendam, locum mutandum, catharticum ſumendum; terram non excolendam; matrimonia concludenda; filium legitimum patri ſuperviĉturum conſentiente quinta; navem ad optatum portum & ſecundis ventis appulſuram: fratrem & ſororem non adeò divites. Bonum denique, niſi pro ſanitate aut curatione, mortem enim ſemper indicat, maximè conſentiente oĉtava, unde & feretrum nominatur.

o o
o
o
o o

In Quinta.

In 5. ſignif.

In quinta, tabellarios cum epiſtolis, gravidam poſt multos labores maſculum parituram; tempeſtatem in mari; adulterium; fœmineas fraudes; ſecretas fornicationes; imprægnationis famam falſam, quamvis amoribus plus ſatis muliercula ſit dedita; filios bonæ naturæ; matrimonium certum finem habiturum; paucitatem filiorum & brevi interiturorum.


In



In Sexta.

In sexta, mediocritatem in servis & ancill-is; mortem ægroti, latronem & servum do-mesticum fugitivum; medicum improbum, & medicamentum malum; familiam quæ-rentis uno excepto benè valere; lenones & meretrices optatis fruituros; malum denique in omnibus, exceptis ovibus & ejusmodi a-nimalibus emendis.

In 6. signif.



In Septima.

In septima, conjunctiones venereas, ma-trimonia contracta, mulieres iniquas, & fortè meretrices; societatem rixosam, triste matrimonium, latrones sæpè domesticos; varios colores, inimicos subtiles, eloquentes sed imbecilles, concordiamque quærentes, seu in litibus, seu in bello; litis finem opta-tum pro quærente, consentiente decima; latronem captum iri, & cum periculo su-spensionis; semper denique concubitum seu legitimum seu illegitimum, & plerum-que cum meretricibus, aut infidis mulier-culis; puellæ corruptionem; mediocritatem deni-

In 7. signif.

denique in omnibus, excepto bello cui nocet, pacem enim ſignificat.

o o
o
o
o o

In Octava.

In 8. ſignif. In octava, congregationem pro diviſione mortui hæreditatis, mortem ægroti & abſentis, periculum per mulieres; latronem plura ablaturum; amiſſam rem recuperatam iri, intoxicationem, mortem incarcerati; litis amiſſionem, inimici & conjugis conſiliarium malum; patrem brevi interiturum; peregrinum & viatorem parvo cum lucro redituros. Malum denique in omnibus, exceptis necromanticis quibus prodeſt.

o o
o
o
o o

In Nona.

In 9. ſignif. In nona, malum pro Eccleſia, & pro beneficio, pro ſcholaſtico, mediocrem ſcientiam, & fortunam, ſomnium malum, malam viam, in via latrones, ſcientiam & eloquentiam clericis, & Eccleſiaſticis, itinera varia pro comparanda ſcientia, religioſorum, ſimul adunationem & congregationem; rumores communes partim veros, partim falſos: in reliquis mediocritatem.

In

o o
o
o
o o

In decima.

In 10. signif.

In decima, ſervitium dominorum ſeu Re-
um, ſcribæ aut advocati apud eos officium
rimarium, notarios, judices gravem in bel-
ſtragem ſine utriusque partis victoria,
uærentem aliquam dignitatem mediante
liquo Eccleſiaſtico obtenturum, mediocri-
item in cathartico ſumendo; Regem è mor-
o quo detinetur moriturum; jusjurandum
onum; hominem ex aula regia non expul-
im iri; litis optatum finem; mortem in
ellum proficiſcentis; bonum in civitatem
greſſum, bonam itineris ſuſceptionem, il-
d enim cum brevitate bonum futurum;
ëris inſalubritatem, & pluviales humidi-
tes; bonum denique in omnibus, exce-
o bello & morbis, in illis enim ſemper
ortem indicat, amorumq; in venereis frui-
onem.

o o
o
o
o o

In undecima.

In 11. signif.

In undecima, lætitiam propter amicos fi-
os, bonum ex ſcientia, rei ſperatæ even-
im, conjunctionem animorum ut matrimo-
nium,

nium,& amasiæ fruitionem; aulicos, falsas-
que successiones ex falsa fide; pluvias me-
diocres; annum frumentosum, paucos fru-
ctus, rei amissæ recuperationem; matrem &
Regem pecunias mediocres possidere, literas
ab amicis, servos conducendos, filium in
scholas mittendum.

o o
o
o
o o

In duodecima.

In 12. signif.

In duodecima, carceres, congregationes
hominum perfidorum, perditorum, & ho-
minum nihili, vicinos inimicos, damnum in-
carcerato, multas aquas, in emendis armen-
tis mediocritatem, inimicos occultos, rei
amissæ recuperationem; prædia emenda,
terram colendam, in omnib9 mediocritatem.

o o
o
o
o o

In decima tertia.

In 13. signif.

In decima tertia, lætitiam & spei eventum,
convivia matrimoniorum causa.

o o
o
o
o o

In decima quarta.

In

In decima quarta, bonum litis exitum scrip- iras, promissiones, laborem utilem in rebus npossibilibus. In 14. signif.

o o
o
o
o o

In decima quinta.

In decima quinta judica secundum uatu- im aliarum figurarum. In 15. signif.

De Carcere.

o
o o
o o
o

In prima.

N prima, incarcerationem, mortis timo- rem, impraegnationem, omnia denique aturnina. In 1. signif.

o
o o
o o
o

In secunda.

In secunda, lucrum cum tarditate & labo- e; bonum successum & difficilem exqui- tionem & coactionem alicujus amicitiæ usâ; pecunias sepultas aut in alicujus fi- em depositas; impedimentum in merca- ra; cogitationes amore pecuniæ; societa- es melancholicas; itinerum & aliarum re- im inceptarum tarditatem; ædificiorum In 2. signif.

tempus

tempus commodum exſtruendorum, ſe[illegible] cum quadam deformitate.

o
o o
o o
o

In Tertia.

In 3. ſignif.

In tertia, fratres, ſorores, vicinos, & parentes malignos, & avaros; impedimentum & retardationem in itineribus brevibus; inceſtum & fornicationem; diuturnam incarcerationem, propter parentes; ſcholaſtici doctrinam & melancholiam.

o
o o
o o
o

In quarta.

In .4 ſignif.

In quarta, theſauros occultos, domos ſubterraneos, fornicatas, & teſtudineas, locum occultum & obſcurum ſepulchrum & res lugubres; mineras duntaxat & proventus in chymicis plumbeos; prædia emenda, in iisque theſauros occultos; patrem ſenem & antiquum ſed diu propter ſuam craſim & temperaturam victurum; domum antiquam, obſcuram & famoſam; terras colendas, & ſerendas, urbem colendam & ſine artificio extructam, ejusque vicos anguſtos; fratris ſororisque pecunias occultas quæ

æ reperiri non poterunt; filium legitimum;
vem non brevi venturam; hominem diu-
s in domo aut urbe manſurum; multos li-
ros; malum denique in omnibus, exceptis
ium cuſtodiis & rebus Saturninis.

o
o o
o o
o

In Quinta.

In quinta, paucos liberos, malos, & Sa-
rninos; mulierem gravidam maſculumque
rituram; abſentis reditum, timorem abor-
s, matricis dolores; tabellarios, epiſtolas;
os crudos, ſordida veſtimenta, prodito-
s amores, pomorum dulcium & piperis
oventum; reditum tabellarii tardum, &
orem incarcerationis; epiſtolas de incar-
ratione, imprægnatione, triſtitia aut me-
ncholiâ tractantes, ante triduum venturas;
o lætitia, delectatione, venereo concubitu,
oſculis, ſaltationibus malum; filium legiti-
um, aut incarceratum.

In 5. ſi-
gnif.

o
o o
o o
o

In Sexta.

In ſexta, morbum in carcere, aut ſaltem
ngam infirmitatem, morte excipiendam;

In 6. ſi-
gnif.

imprægnationem; ſervum inutilem, & nigrum; medicamentum malum, ut & medicum. Malum denique pro omnibus, exceptis pro lenonibus & meretricibus, quibus ſuccedet.

o
o o
o o
o

In Septima.

In 7. ſignif. In ſeptima, malam ſocietatem, adulterium, fornicationem, inimicos occultos, latronem vilem, & in latrocinio interceptum, concubitum cum prægnante, aut meretrice, aut quem conceptus excepturus eſt, fœmellæ partum, inimicum fortem & præcavendum; infœlicem litis exitum quærenti; fugitivum non reverſurum; mulierem impudicam, & pauperem, maritúmque nusquam diligentem ſuum; ludentis in principio amiſſionem; in fine lucrum; puellæ tamen virginitatem; malum denique niſi pro ducendo captivo in carcerem.

o
o o
o o
o

In octava.

In 8. ſignif. In octava, lachrymas ſuprà mortuum; ab ipſa hæreditate, triſtitiam, labores; mortem violentam in bello, & ſine loquutione; familiam

niliam ſtultam; theſauros occultos, bona à mortuis, & congregationes propter mortuum, ægroti mortem & incarcerati in carcere; homicidium conſultò & ſponte factum, in loco tenebroſo; conſiliarium conjugis aut inimici inſidum. Malum denique exceptis necromanticis.

o
o o
o o
o

In nona.

In nona, iter laborioſum & extra patriam, in eóque impedimentum, ſcientias occultas, triſtitiam in Eccleſia, ſomnia triſtia, & mala, & de rebus terribilibus; ſecretorum detectionem, in religione fidelitatem, hominem juſtum; abſentis in itinere obitum, & ab eo epiſtolas; beneficii Eccleſiaſtici conſequutionem, ſed cum labore & tarditate; ſcholaſticum diligentem; tabellarium aut in via interceptum iri & occiſum, aut incarcerandum; navem combuſtionis periculum à pyratis incurrere, aut alto evehi mari; ſolis necromanticis bonitatem.

In 9. ſignif.

o
o o
o o
o

In decima.

In 10. signif.

In decima, lucrum apud Magnates & Reges, & dominos, idque mediante muliere, officia indecora, judicem triſtem, & juſtum, violenti alicujus actus petenti veritatem. Regis incarcerationem, aut involuntariam detentionem, ejusque domus in qua eſt, vetuſtatem & imminentem ruinam; medico credendum, & catharticum ſumendum; amiſſæ rei nullam recuperationem; matrem melancholicam; Regem avarum, nihilque donantem; jusjurandum falſum; ægrum moriturum, Regem verè convaliturum, diuque victurum, ſed cum magnis faſtidiis, & triſtitia; nullam propoſiti in Regem, &c. electionem; aulicum non expulſurum iri, ſed in aula cum magno angore, & triſtitia victurum; Regem in bello captum iri; itinera mala, & extraneum diutius in itinere manſurum; aërem inſalubrem. Malum denique niſi pro theſauris, terrâ obrutis, aut pro necromanticis quibus valet.

o
o o
o o
o

In undecima.

In 11. signif.

In undecima, lucrum ab amicis, non autem à dominis, ſed cum quadam tarditate; fortunam quærentis mediocrem; amicum fidum & ſecretum, ſed parcum & neceſſitate avariorem; parvum lucrum in mercatura, congre-

tegationem bonorum Regum, annum fer-
ilem; in Saturninis, malum, denique in om-
ibus magnum laborem & tarditatem.

o
o o
o o
o

In duodecima.

In duodecima, carceres, debita, ſepulchra, nortem incarcerati; caveat quærens ab ho- nine illum inquirente, & frequentiùs invi- ente; inimicos occultos ſed natura timidos; n armentorum emptione mediocritatem, ut & in agricultura, & aliis omnibus hujus do- nus quæſtionibus.

In 12. ſignif.

o
o o
o o
o

In decima tertia.

In decima tertia, utilem in partes lon- ginquas abſceſſum, lucrum in fructibus ſo- lidis ut nucibus, & malis granatis, res & pe- cunias Regis varias, & variarum impreſſio- num; partum periculoſum, & abortivum malum, & inflationem matricis, infirmita- tem; utilitatem in itineribus à fratribus, ami- cis, & vicinis, cogitationes triſtes, ſecretas & occultas.

In 13. ſignif.

o
o o
o ●
o

In decima quarta.

In 14. signif.

In decima quarta, liberationem à periculó, & angoribus poſt multos labores; diverſas & triſtes cogitationes, incarcerationes cum labore & dolore, debita & obligationes.

o
o ●
o o
o

In decima quinta.

In 15. signif.

In decima quinta judica ratione propoſitæ quæſtionis & præcedentium figurarum cum firmitate tamen & quadam tarditate & triſtitia, &c.

DE

De vario tranſitu figurarum, ſeu de ipſarum in variis domibus reduplicatione.

CAPUT VIII.

DE tranſitu & Reduplicatione hæc notanda generaliter veniunt.

Primò quò ſæpius bonæ figuræ in bonis domibus ſeu in præcipuis ſchematis locis viſuntur, eò tantum ſchema fortunatius judicandum eſſe, utiliorémque & meliorem ex ſpectandum exitum, & è contrà. Meliora autem ſchematis loca, & fœliciora ſunt quatuor anguli, domus quæſtionis, decima tertia, & decima quinta, in quibus bonæ repertæ figuræ bonum, malæ malum pronuntiant.

Notat.

Meliora totius ſchematis loca.

2\. Secundò, Nota figuras fixas ſæpius in ſchemate recurrentes, pro mobilibus haberi, nonnihilque ex ſuis viribus exuere; non ita tamen quin ſemper malis figuris præcellant, quamvis & mobilibus angularibus, & bonis ſuâ naturâ, ſemélque aut ſecundò duntaxat in ſchemate inventis nonnihil cedant, quamvis bonæ ſemper ſint, bonùmque ſemper prænuntient, ſeu certum finem, ſecundùm ſuam domúsque & quæ-

o o   o o

ſtionis propoſitæ naturam, ſic o & o o &c.

o o   o

o   o

ſemper bonæ ſunt.

 Tertiò

3. Tertiò, figuram mobilem semel in schemate inventam, idque in aliqua è præcipuis domibus, fixæ locum obtinere; si maximè & quæstioni, & domui quæstionis proposi-

o
tæ, aliquam habeat relationem. Ut o o cum
o
o o

de meretricibus, &c. si in septima inveniatur, tunc enim certitudinem habet aliquam.

Homines.	Melanchol. frig. sicc. montani, Eremitæ, Monachi, Agricolæ, avari, Mendici, Metallifossores, Senes, Taciturni, timidi, stupidi, impudentes, solitarii, invidi, tristes, macilenti, immobiles, gigantes, Islandi, Silesii, Hunni, Lappones, Grunlandi, Indi, Africani.	Sanguinei, verecundi, justi, honesti, liberales, fideles, Clerici, Episcopi, Cancellarii, Magnates, Consiliarii, aliique benè proportionati, rubelli, albicantes.	Cholerici, calidi, sicci, audaces, seditiosi, Milites, Equites, Chimici, Chirurg. Ferrarii, homines robusti, bellicosi, rixosi, tyranni, prædones, latrones, crudeles, audaces.	Sanguinei, temperati Ambitiosi, Heroes, Reges, Satrapæ, claritate & authoritate præcellentes, gratiosi, magnanimi.	Sanguinei, calidi, humidi, Medici, Poëtæ, Pictores ☿ Pharmacop. Musici, Cantores, Misericordes, manfueti, jucundi, delitiosi.	Sicci, melancholici, variabiles, ingeniosi, docti, Cancellarii ♃, Legati Scribæ, Bibliopol. Scriptores, Sculptores, Pictores ♀ Arithmetici, Mercatores sagaces, Mathematici, ingeniosi artifices, astuti, loquac. mendaces.	Phlegmatici, frigidi, instabiles, vagabundi, novarum rerum sparsores, piscatores, molitores, fossores, pusillamines, opifices. viles, circa fluida & aquam occupati.
Loca & regiones.	Solitaria, terrestr. deserta, tenebrosa, subterranea, montes sylvosi, antra, caverna, sepulchra, septentrionalia loca, Saxonia, Bavaria, Styria, Ravenna, Constantinopolis, Ingolstad.	Orientalia, temperata, amœna, aërea, fertilia, Hungaria, Hispan. Persia.	Loca Bellica, Ignea, Sarmatia, Longobardia.	Orientalia, Heroina, Magnifica, Palatia.	Loca amœna, Viridantia, Austria, Campania, Italia, Arabia, Helvetia, Venetiæ.	Loca varia artificialia, Ægyptus, Græcia, Lutetia, Erphordia.	Loca aquosa. Dania, Hollandia, Seelandia, Flandria.
Morbi.	Interit. nigr. Phthis. ☿ Lepra, Splenis tumor, Vertiligo, Dolor dent. Catarrh. Tussis ☿ Paralysis, Spasmus, Podagra ♂ Quartana, Scabies lythias. Cancer, Pestis ♂, Scorbutus, Morbi fr. & sicc.	Hæmorrhag. Hæmorrhoid. Infirm. hepat. Peripnevmon. Febres contin. Pleurit. Hydrops. ☾ Flux. hepat. Morbi ex abund. & corrup. sang.	Colica, Febr. ard. tertiana. Choler. Obstr. vesicæ, Fellis vitia, Podagr. ♄ Apostem. Fistul. Morb. gall. ♀ Morbi acuti, ardentes, caustici.	Palpit. cordis, Syncope, Lassitudo, Cardia. Ophthalmia, Ocul. affectus, Febr. malign. & pestilentiales.	Gonorrh. Hernia, Sudores, Lues Gallic. Diabete, Diarrh. ☾, Lienes, Morbi uterin. Apostemata, Inguina, Calcul. Vitia olfactus.	Balbuties, Vitia linguæ, Phrenesis, ☾ Vigil. Deliria, Tussis ♄ diffic. anhel. Asthm. Phtis. ♄ Vitia aur. Raucedo, Vertigo, Cephalalg. Delir. melanchol.	Epileps. cathar. Apopl. incubus, Diarrhœa ♀; Dolor stomachi, Colica ex phlegmate, Hydrops, Morbi cerebrales ex utero & mensibus.
Cura.	♄ sit in ♃ vel ♒.	♃ sit in dign. essential. ♓ ♐ ♋.	♂ sit in ♈ vel ♏ cum asp. felic.	☉ sit in dignit. essentialib. ♈ vel ♌.	♀ sit in ♉ vel ♓ cum benef. asp.	☿ sit in ♊ vel ♍ cum asp. fel.	☾ sit in ♋ vel ♉ cum asp. fel. à ☉ epileptica exhibeantur ☌ ☉ & ☾ in ♋.
Membra.	Lien, Vesica ♂ ☾, Dentes, Ossa, Pili, Auris dextera, Pes dexter.	Hepar, Ventric. Pulmo, Costæ, Vena, sanguis, Manus.	Vesica ♄ ☾ Fel. venæ, Auris sinistra.	Cor sangvis interios. spiritus vitalis, Nervi apt. oculus dext. cæteraque dextra.	Renes, Genitalia, Uterus, Sperma, Lumbi, mammillæ, Nates, Naris sinist.	Pulmo ♃ Lingua, Trabæa, Imaginat. Memoria, cerebri Funct. nervi.	Cerebr. Vesic. ♄ ♂ humor phlegmat. Sangv. menst. Stomach. Intest. Oculus sin. Latus sinistrum.
Color. Odor. Sapor.	Niger, fuscus, pallidus, plumbeus. Abominabilis, ingratus. Stipticus, siccus, terreus,	Ruber, ruffus, fuscus, viridis. Gratus, acris. Gratus, dulcis.	Ruber, ruffus, fuscus. Acris, Amœnus. Causticus, acer.	Flavus, fulvus, aureus. Fragrans. Gratus cum dulcedine.	Albus, viridis. Lascivus, gratus. Dulcis, aromaticus.	Varius. Subtilis. Instabilis.	Albus, viridis, griseus, cineritius. Ingratus, putridus. Aquosus, subdulcis.

QUÆSTIONES Domus Primæ.


De Quantitate Vitæ.

SI quæstio ponatur; Considerandа est *prima figura*, quæ semper vitæ est significatrix: Nam si mutaverit se ad .iquam domorum Cardinalium, accipimus lius figuræ majores años; si mutaverit se ad ıccedentem, accipimus annos figuræ me- iocres; si ad cadentem, accipiemus mino- :s. Si verò mutaverit se ad cardinem, suc- :dentem & cadentem simul, congregabis o- ınes annorum numeros in unam summam. i autem prima figura se non mutaverit, d permansit in *prima domo*, accipimus hu- ıs figuræ annos majores, quia hæc domus rıncipalis est Cardo. Si verò figura aliqua lartialis aut Saturnina in aliquo loco quæ- ionis & in quapiam duodecim domorum ›paruerit, subtrahendi erunt anni signati :r ipsam figuram ♂lem aut ♄nam, de to- summa annorum collectorum; Nam si ›paruerit in angulo seu cardine, tollit an- ›s majores, in succedente medios, & in ca- :nte minores.

Exem-

Exempli gratia :

Quidam quæſivit de vitæ ſuæ quantitate, &
tamen incidit quæſtio.



Quia ergo *Major fortuna* in prima domo
apparuit, ipſa fuit ſignificatrix Vitæ, & qui
mutavit ſe ad quartam, quæ eſt Cardo,
accipimus annos illius majores, qui ſunt
120, & quia ſe mutavit ex quarta in nonam
quæ eſt cadens, accipimus annos minores
qui ſunt 19, & ſunt in univerſo 139. anni. Sed
quia ♂lis figura ſcilicet *Rubeus* in tertia do
mo, quæ cadens eſt ab angulo, accipimu
annos ejus minores, qui ſunt 15. Item qui
figura Saturnina, ſcilicet *Carcer* in domo ſe
ptim

ptima quæ est Cardo, & domo octava quæ est succedens apparuit, sumimus annos ejus majores qui sunt 57. mediocres sc. $43\frac{1}{2}$. Congregandi ergo numeri figurarum ♄ & ♂ in unam summam & sunt $115\frac{1}{2}$. qui cum à tota summa subtracti, remanebunt $23\frac{1}{2}$. anni; Et hæc est quantitas vitæ nati quæsita. Sic & in aliis de quantitate vitæ factis quæstionibus procedendum.

De Statu corporis, meliorari debeat an non?

Si quæratur; signum primæ domus attende, quod si bonum & firmum fuerit & intrans, bonum statum corporis designat; Considera quoque signa cum eo conjuncta & figuram ex illa, sc. prima & secunda procreatam, & sic de cœteris; quæ si bona signa fuerint, bonum significant statum, si verò mala impediunt: Et modus impedimenti erit secundum vires in domibus suis. Nam si corruptionis signum in domo secunda fuerit, corruptionem substantiæ demonstrat, & si ibi

o
fuerit o significat paupertatem; si autem
o
o

o o o o o
bonum signum fuerit, ut o o o o o
o o o o
o o o

vel aliud quid, fortunam ex parte substantiæ

designat. Si signum mediocre ut o me-
diocriter indicabit; sed si signa o o cor-
ruptionis in prima domo fuerint, o o cor-
ruptionem status affirmant, & qui- o o den-
corporis non tamen substantiæ; si vero i
prima & secunda domo corruptionis sign
fuerint, ex utraque parte sc. corporis & sub
stantiæ innuitur corruptio. Si *Via* vel *Puell*
in prima domo fuerint, corporis debilita
tem affirmant: Et si in tertia domo bonur
signum inveneris, aut ex parte fratrum &
sororum, aut amicorum demonstrat auxili
um, amicorum dico propinquorum; nam
de amicis remotis judicatur in undecima do-
mo. Si verò in domo tertia malum & cor
ruptionis signum inveneris, damnum e:
fratribus & sororibus judicabis; & sic i
cæteris XII. domibus, bonum ex bonis for-
tunatisque figuris, malum verò ex malis &
infortunatis, secundum illarum proprieta-
tem judicabis.

Meliorationem seu deteriorationem scir
potes IV. modis. (1.) *ex motu* figuræ pri-
mæ in alium locum. (2.) *ex signis* primam
sequentibus. (3.) *ex divisione* quæstionis ir
duas partes; Vocatur autem *pars prima* qua-
tuor matres, 9. 10. & 13. figura, cùm medie-
tate judicis; *altera* verò *pars* filiæ 11. 12. &
14. figura, cum altera medietate judicis. (4.)
Ex judice, ejus scilicet separatione aut con-
junctione. Quod si primum signum in
aliquam partem quæstionis se mutaverit fue-
ritque alibi locatum & receptum, ita ut figu-

ra


ræ receptionis fortiores melioresque illis à quibus separantur, portendunt hominem ad statum meliorem pervenire. Si verò figuræ receptionis debiliores, contrariũ significant. *Secundo* consideranda primum sequentia, quod si bona fuerint & progrediantur ad meliora, status meliorationem portendunt, & contra. *Tertiò* 1. & 2. pars quæstionis consideranda, nam si secunda melior prima, statum meliorat, & è contra, *Quarto* verò judicem considera à quo sc. separatur, aut cui conjungatur, nam si à malo separatur & ad bonum tendit, statum meliorat, & è contra. Si sanius autem judicare volueris, simul prædicta considerabis.

Si temporis vis habere prænotitiam significatores id est 1. & 2. attende, nam illæ sunt significatores initii vitæ, quia *prima* corpus, *secunda* substantiam qua homo consistit & alia significat; Ergo si bonæ fortunatæque figuræ in his domibus, fortunam in prima ætate seu bonum præsens significant; si verò post 1. & 2, bonæ vel malæ figuræ fuerint usque ad duodecimam domum, significant bonum vel malum post prolixitatem temporis. Si verò in fine quæstionis seu à duodecima usque in finem, significat bonum vel malum, juxta figurarum proprietatem, circa finem vitæ.

De intentione quærentis invenienda?

Inquirenda præprimis domus, per quam

debemus judicare quæstionem; Numeran-
da igitur sunt omnia puncta imparitatis figu-
rarum XII. & amoveantur XII. quas poterit
figuras amovere, & illud quod remanserit
projiciatur super filias, incipiendo à prima
figura, & ubicunque numerus fuerit termi-
natus, ibi intentio quærentis est, & illa est
domus & figura per quam judicare debemus,
ut Exempli gratia; Quidam volebat emere
mulum & fecit quæstionem, utrum esset
utilis emptio, & talis incidit quæstio.



Numeravimus ergo omnia puncta XII.
figurarum, & quia necesse est, ultimum nu-
merum retinere, rejectis semper duodecim,
cum-

cumque hic nullum aliud residuum fuerit, nisi 12. quia alius numerus non remansit; Projecimus ergò ista 12. puncta quæ remanserunt per omnes XII. domos, incipiendo à prima, & terminat numerus in duodecima domo, quæ est grossorum animalium, ut dictum est superius, & quia ibi est significat ipsum mulum nigrum & magni corporis; quia etiam *Populus* figura Luna & velox in motu, significat velocem mulum, iracundum & inquietum: & sic accidit etiam si agendum de aliis quæstionibus, pro intentione quærentis cognoscenda, factis.

o o
o o
o o
o o

QUÆSTIONES
Domus Secundæ.

De Lucro.

SI *Lucri* quæstio proponatur, signum secundæ Domus consulendum est; Quod si acquisitionem significaverit, ut istæ

o o	o o	o o	o o	o o	o
o o	o	o	o o	o	o o
o	o o	o	o	o	o o
o	o	o	o o	o o	o

aut

o o
o o
o o
o

significant acquisitionem & lucrum acquirendum; & si *Populus* in secunda Domo & una ex prædictis

o o o
dictis in prima, idem ſignificat. Sed o o & o o
o o o o
o o
in ſecunda exiſtentes acquiſitionem cum labore & tarditate ſignificant, & poſtea amiſ-
o o o o
ſionem illius deſignant. Quod ſi o o vel o
in eadem fuerit, & in com- o o o
municatione eorum aliquid o o
de ſignis ſupra dictis, lucrum durabile ſignificant; ſic & de aliis ſupradictis intelligendum. Verum ſi in malorum fuerint conjunctione quæ ſignificant lucri amiſſionem, acquirunt ſed poſtea amittunt lucrum; Et hoc intelliges cum ipſæ malevolæ figuræ fuerint fortiores. Quod ſi mobilia ſigna in domo lu-
o o o
cri fuerint, ut o o o o ſimiliter &
aliæ exeuntes o o o & amiſſio-
nem ſignifi- o o o o o cantes, lucrum penitus annihilant. Invento ſigno *Acquiſitionis* conſidera in qua parte vel loco quæſtionis reperiatur; Quod ſi fuerit in prima domo ſignificat acquiſitionem & lucrum proprio ſtudio quærentis; Si verò ſignum *Amiſſionis* in prima vel *Acquiſitionis* in ſecunda ſit, acquiritur cum labore, ſed culpa ſua amittit eum; At ſi ſignum *Acquiſitionis* in tertia Domo fuerit, ex parte fratrum, ſororum, amicorum & conſanguineorum, ſignificat lucrum & ſubſtantiam. Si in quarta, ex parte parentum & hæreditatum.

[ter]um. Si in quinta, ex parte filiorum. Si in [s]exta, ex parte aliquorum infirmorum, servo[r]um sive animalium. Si in septima, ex parte mulierum seu uxorum. Si in octava, ex parte mortis. Et sic de singulis domibus intellige. Si verò signum *Amissionis* fuerit, significat ex ea parte amissionem, cujus domum occupabit secundum ordinem prædictum. Quantitas autem lucri secundum figurarum fortitudinem & felicitatem est judicanda.

Utrum divitiis abundare debeat?

Si quis quærat, signum domus secundæ attende, quod si fortunatum fuerit, ut

o o　o o
[e]st　o o　o　aut in conjunctione bono-
o　o o
o　o

o o　o o　o o
[r]um vel　o o　vel　o　aut　o o　& omnes
o o　o　o
o o　o o　o o

cardines quæstionis fuerint fortes & eorum sequentes hoc est succedentes; significat abundantiam divitiarum, & in hoc fortitudines signorum considera. Quod si signum secundæ Domus fortius fuerit aliis, significat abundare divitiis pecuniarum. Quod si in quarta fortius fuerit signum, abundantia divitiarum erit ex hæreditatibus. Si in septima ex parte mulierum & laboriosorum artistarum. Si in decima Domo, ex parte Regum, Principum & omnium Nobilium &

artificioſorum, & officialium Principum. Et ſi in ſequentibus fortius fuerit ſignum, ut in quinta Domo, erit abundantia Divitiarum ex parte filiorum vel amicorum: Si in octava, divitiis mortuorum. Si in undecima, ex parte amicorum aut ex officiis Regum. Et ſi in cadentibus, ut 3. 6. 9. 12. Domo, erit abundantia divitiarum ſecundum naturam domorum & earum genera. Et ſi omnes æq. fortes ſint, erunt divitiæ ex parte omnium ſupradictorum. Et ſic ſi non omnes fuerint fortes, in loco tamen in quo fortiorem eſſe inveneris, judica ſecundum illius proprietatem.

Si temporis divitiarum notitiam habere volueris, & quæſtio in pueritia facta fuerit divitiarum ſignificatores attende; Qui ſi fuerint in principio quæſtionis, ut in 1. aut 2. domo, erunt divitiæ ab initio temporis pueritiæ, usque ad Principium adoleſcentiæ. Et ſi in tertia aut quarta erunt ab initio adoleſcentiæ usque ad Principium Juventutis. Et ſi in 9. aut 10. à principio Juventutis usque ad initium ſenectutis; Et ſi in 7, aut 8. ab initio ſenectutis usque in finem vitæ. Quod ſi in prima & quarta fuerint, erunt ab initio pueritiæ usque in finem adoleſcentiæ. Si in tertia & decima ab initio adoleſcentiæ usque in finem juventutis; Si in 7. & 9. ab initio ſi juventutis usque ad finem vitæ. Quod ſi in 1. 4. 7. & 10. ab initio adoleſcentiæ usque ad finem vitæ. Veruntamen ſi in locis prædictis corrumpentia fuerint ſi-

gna

o o o o o
gna,ut o o o o & fuerint
o o o o o o o in conjun-
o o o o o o ctione ma-
orum, secundum quod prædiximus, judi-
cabis contrarium.

Si *divitiarum quantitatem* scire volueris, ignificatores attende; Qui si fuerint for-es, multitudinem portendunt divitiarum. Et si mediocriter fortes fuerint, mediocrita-em in divitiis pronunciabis; Si verò signi-icatores debiles, parum lucri habebit quæ-rens.

Si *Temporis* quæstio facta fuerit ab initio nterrogationis, aspice ad personam quæ-entem. Nam si juvenis fuerit ille quærens vel adolescens, vel in initio senectutis, ab psa præsenti ætate incipe & divide residuum n quatuor partes æquales, de quibus pri-na pars quæ de præsenti tempore judicat, igno primæ domus attribuitur & signo do-nus secundæ & figuris in eis existentibus; pars verò secunda tertiæ & quartæ domo & figuris in eis attribuitur; pars tertia signis & iguris in decima & undecima domo dicatur, & ultima pars, quæ finis vitæ dicitur, 7. & 8. Dom. & earum signis conceditur; Et sic in partibus singulis dispone, & secundum quod declaravimus de quantitate, idem de tempo-re studeas judicare.

QUÆSTIONES DOMUS TERTIÆ.

Utrum fratres sui vel aliquis consanguineorum aut propinquorum eum diligat?

SI quærat quis, Signum primæ Domus sc quærentis considera, & signum tertiæ domus quæ est Fratrum, Consanguineorum, &c. Si enim quærentis signum benevolum fuerit ut est

o
o o
o o
o o

vel aliud, & fuerit in domo tertia, dilectionem & concordiam fratrum esse affirmat, & ex parte quærentis procedit benevolentia; si autem malevola fuerint, contrarium judicabis. Quod si quærentis signum in tertia non fuerit, figuram Domus tertiæ considera, quæ si benevola fuerit, dilectionem inter eos affirmat; Si tamen quærentis signum & tertia Domus sunt ambo significatores benevoli, ex utraque parte érit benevolentia & concordia; & si malevoli contrarium judicabis. Si signum quærentis in tertiæ domus fuerit communicatione, & in illa communicatione fuerit fortunata receptio, pacem & concordiam amoremque portendit, idque studio quærentis; Et si mala illa conjunctio aut receptio, discordiam præsagit. Si verò signum tertiæ Domus fue-

uerit in quærentis conjunctione, judica ut
ictum supra de bonitate & malitia figura-
um, & hoc bonum seu malum studio fratris,
mici, &c.

De Durabilitate Dilectionis.

Si quæstio proponatur, ad signa fixa
ientem dirige, nam illæ dilectionis signifi-
ant firmitatem atque constantiam; Com-
iunia mediocritatem, sed mobilia insta-
ilitatem, maximè si fuerint in cardinibus
: succedentibus quæstionis; si autem in
identibus significant debilitatem dilectio-
is, &c.

Si *duo fratres, sorores, vel amici aut consan-
uinei* fuerint, & unus eorum interrogave-
t te, *Quis prius sit moriturus?* Signa 1.
: 3. Domus attende; Si enim in prima

o o o
omo o o vel o o vel aliquod signum in-
o o o o
o o

ortunatum & mortale, vel fuerit in conjun-
:ione malorum aut in octava domo, aut o-
:avæ domus figura in conjunctione figuræ
rimæ, signum autem tertiæ Domus fortuna-
im & in conjunctione bonorum, liberumq;
› octavæ figuræ conjunctione, nec ipsa ter-
a in octava, significat quod interrogans
rius sit obiturus; & è contra, si tertiæ do-
ius figura sic infortunata fuerit, die quod
e quærente judicavimus.

De mora temporis; jam figurã considera, aut

do

de quærente primam, si enim fixa fueri mortem significat, & in cardine aliquo lo cata aut succedente mensem, in cadente di em significat; si communis in cardinibu dimidium diem significat; si mobilis in car dinibus unum mensem, in succedentibu diem, & in cadentibus horam significat.

Si quis miserit Epistolam vel Nuncium non longè, vel in ipsa civitate, vel non ultr spatium unius diei, & voluerit scire *an reci piatur, vel inde bonum responsum habueri* signum tertiæ domus considera. Si repe riatur in aliqua alia parte quæstionis & f ibi receptum & junctum signis fortunati aut receptum à communibus, epistolas trans missas vel nuncii receptionem significat; autem Cardines quæstionis & eorum Suc cedentes fortunati fuerint, bonum indican responsum. Et ita de nuncio transmisso in tellige; veruntamen signum primæ Domu erit cum isto in participatione.

Si cognoscere velis *quis sit nobilior inte mittentem & recipientem*; Primæ & quarta Domus signa considera, sunt enim signifi catores mittentis, & signum tertiæ Domu quod est recipientis, & significat nuncium vel epistolam. Quod si in 1. & 4. fuerin signa meliora & nobiliora quam in tertia illum qui misit nuncium judicabis meliorem & nobiliorem esse; & è contra, si figura re cipientis fuerit nobilior aliis. Et si æquale fuerint, æqualiter judicabis de nobilitate

Quo

o o   o
Quod ſi o vel o fuerint in aliqua iſta-
o o   o o rum conjunctione,
o o   o verba incongrua cũ
rixis ſupervenerunt de negotio pro quo epi-
o o   o
ſtola mittitur. Si o o vel o o odium
o o   o o
o o   o
& impedimentum de ipſo negotio orietur.

Et ſi ſcire volueris, *Utrum bonum vel malum Epiſtola contineat*, ſigna 3. & 9. Domus attende; quæ ſi bona & fortunata fuerint, epiſtolam bonam eſſe declarant; ſi verò infelicia, ſecundum eorum proprietatem iudicabis, & ſic de nunciis eſt intelligendum.

Si autem cupis cognoſcere, *Utrum Epiſtola vel nuncius veniat ad interrogantem?* ſigna quæ ſunt in prima ſignificant conjunctionem quæ eſt quærentis, quæ ſi in aliis partibus quæſtionis reperta fuerint, epiſtolam vel nuncium ad eum venire ſignificat:
o o   o o
Nam epiſtola erit, ſi o o aut o fuerint.
o   o
o o   o o
Alia verò ſigna nuncium habent deſignare. Si ſignum quod Epiſtolam aut nuncium ſignificat, fuerit in tertia Domo, ſignificat nuncium vel epiſtolam ex parte fratrum, amicorum, &c. aut ex parte principum vel no-

nobilium, non de longe venientem. Si i
quarta Domo, ex parte Patrum, Principun
non de longe. Si in quinta Domo ex pa
te filiorum, amicorum, ſervorum vel ſe
vientium plus de longe venientium. Si
ſexta, ex parte ſervorum, amicorum, ſe
vientium vel alicujus infirmi. Si in 7. a
8. D. ex parte uxoris, adverſarii vel inim
corum vel alicujus mortui de longe acc
dente & alius timore. Si in nona, ex pa
te Eccleſiarum vel Prælatorum longinqu
viæ. Si in decima, ex parte Regum, Princ
pum aut Nobilium viæ longinquæ. Si i
undecima, ex parte amicorum & Regum ſu
ceſſorum viæ longinquæ. Similiter ſi i
duodecima Domo, ex parte adverſarioru
& mulierum longiſſimi itineris. Et ſic ju
cabitur quæſtio ſupradicta, ſi ita incideri
Conſideratur breviter duobus modis, quo
rum primus eſt ille quem ſuperius declara
vimus; Secundus autem modus eſt ut con
ſideres quatuor illa prima ſigna, quæ ma
tres nominavimus & earum filias, quo
ſi aliquid ipſorum ſignorum in aliqua do
morum reſiduarum reperiatur, ipſum er
ſignificans nuncium vel Epiſtolam. Ep

o o   o o
ſtola erit ſi o o aut o ibi conſiſtan
o   o
o o   o o

Quod ſi aliud ſignum fuerit in prim
ſigni conjunctione aut in primo loco

ep

epiſtolam ad quærentem veniſſe non dubitabis. Et ſi in tertia Domo, epiſtola perveniet in manus fratris vel amici vel alicujus conſanguinei. Si in quarta Domo, in manu patris aut matris aut amicorum conſanguineorum. Si in decima, in domo domini ſui vel in locum exaltationis ſuæ. Veruntamen in prædictis locis ſcilicet 3. 4. 10. ſi ipſum repertum fuerit, & ſignum inquirentis non fuerit in alio iſtorum locorum, epiſtolam pervenire ſignificat in manus ſupradictorum & non in manus proprias. Et ſi in prædictis locis ſignum quærentis junctum fuerit ſigno ſignificanti epiſtolam, ſignificat quod epiſtolam recipiet in domo in qua reperietur, & non in loco ſuo proprio, & ſic de nunciis intellige. Si de omnibus quæſtionibus de quibuscunque interrogatus fueris, cupis cognoſcere, utrum epiſtola vel nuncius veniat ad interrogantem? Conſidera: Si in quæſtione fuerit aliqua translatio inter quatuor figuras, quas matres diximus, & alia ſigna quæſtionis ſequentia; Quod ſi acciderit, veniet nuncius vel epiſtola ad quærentem; nam ſignum faciens translationem, eſt quod defert diſpoſitionem unius ad alterum, ſcilicet ab alio à quo ſeparatur ad illum cui jungitur; illa ſigna quidem à quibus ſeparatur, ſunt illius qui mittit & ſignificant ſtatum & qualitatem mittentis, ſecundum genus ſignorum & proprietatem Domorum. Et illud ſignum quod facit translationem ſigni-

gnificat modum & qualitatem nuncii v
epiſtolæ, & quid contineatur in ipſis, ſ
bonum ſeu malum, ſecundum naturam i
lius & illorum ſignorum, cum quibus ju
gitur.

De Societate,

Utrum fiat? ſi interrogatus fueris; S
gnum primæ Domus conſidera, quod
fuerit junctum 3. 7. aut 11. aut repertum
his locis & conjunctio fortunata fuerit, ſign
ficat ſocietatem eſſe faciendam & maximè
ex duobus ſignificatoribus procreatur o
& erit ſocietas firma; & ſi mediocria
non tam erit firma ipſa ſocietas nec
diu durabit. Si verò mobilia, facta o
ſocietas cito ſeparabitur. Et ſi ſcire volu
ris à quo voluntas ſeparandi procedat, e
jus ſignum mobilius eſſe videris & in co
junctione mobilium, ab illo ſeparandi maj
orietur effectus.

De itinere vel loci mutatione,

Utrum fiat? ſi quis quærat; Signum prim
Domus conſidera, quod ſi mobile fueri
motum ſignificat, quamvis interdum ſit ſ
gnum fixum, tamen motum ſignificat, ſed
tarditate. Si mobile cito ſignificat motun
Et ſi ſignum 1. Domus in domo itineris fu
rit, ut in tertia aut nona, motum ſign
ficat. Similiter licet ſigna ſint ſtation

·o o o
to o & o o motum ſignificant, poſt
o o o o diuturna opera: Si verò
o o mobilia in cardinibus exi-
tentia, & in conjunctione firmorum, ſimi-
iter motum ſignificant cum temporis tar-
litate. Quod ſi in mediocribus juncta fue-
int, motum ſignificant cum mediocritate
arditatis; Si verò cum mobilibus motum
ignificant acceleratum: Quarta verò pars
ardinum cum ſigno mobili exiſtens & in
nediocrium conjunctione, & cæteri car-
ines exiſtentes uti diximus, ſignificat mo-
um longiori tempore procedentem; Item
uarta pars cum ſigno mobili exiſtens, cum
nfirmorum conjunctione, & alii cardines ut
iximus exiſtentes, motum ſignificat longiſ-
mo tempore ſuccedentem. Si autem ipſum
nediocre ſignum in conjunctione medio-
rium fuerit, & cæteri cardines ut dictum eſt
xiſtentes, motum ſignificat & moveri tem-
ore ſuccedente. Si verò in conjunctione
nobilium fuerit, motum ſignificat maximo
empore ſuccedente. Item quarta pars car-
linum exiſtens cum ſigno firmo in conjun-
tione mobilium, & cæteri cardines, ut ſupra
ictum eſt, motum ſignificat cum modica ta-
nen dilatione; Quod ſi in conjunctione ſi-
norum mediocrium, motum ſignificat plu-
ima dilatione. Veruntamen ſi ſignum
irmum exiſtens in quarta parte cardinum
& fuerit in conjunctione firmorum & reli-
qui cardines exiſtentes cum ſignis firmis,

motum nullo modo significat, & secundum modum expositum has judicabis quæstiones.

At si cupis de Itinere vel loci mutatione scire *Utrum sit longe vel propè*. Signum primæ *Domus* considera; Nam si significa motum & fuerit in secunda Domo, erit ite vel mutatio brevissima, hoc est, non long à sua civitate, & erit iter ad mercandum ve emendum aut tractandum aliquid de proficuo suo. Quod si fuerit signum Acquisitionis, lucrum habebit ex illo quod tractat Et si signum Amissionis, damnum patietu & multiplicentur ei viæ & mutationes: E si signum 1. Domus in 3. Domo fuerit, ite erit intra civitatem, & erit ad fratres, sorores aut amicos vel consanguineos, & jungitur cum aliquo domino vel aliquo nobil viro; Si autem in 4. *Domo* fuerit, iter ve mutatio erit in civitate & similiter jungitu cum aliquo nobili homine vel domino, au cum patre aut matre; *Si* in 5. *Domo*, ite vel mutatio erit extra civitatem ferme pe spatium unius diei, & tamen per flumina ve magnas aquas conjungitur cum aliquo amico vel amica, vel cum aliquo servo aut ancilla, secundum quod genus signorum demonstraverit, scilicet utrum sit genus masculinum vel fœmininum; (nam signa masculina masculum, fœminina fœminam demonstrant) & aliquantulum infirmabitu sed evadet, si quæstio fortunata fuerit, sin

è con-

è contra aggravatur morbus. Si verò in *6.* Domo fuerit, iter erit longum (ut de quinta Domo diximus) & ad sui decoris locum sed periculosum, & labor ejus ibi multiplicabitur & valdè infirmabitur, si fuerit in conjunctione malorum: Et si participaverit cum signo 8. Domus, fuerintque illa signa infortunata, & quando erit perversa, mortale & perversum est signum. Verum si signa fortunata *6. D.* fuerint conjuncta, ipsumque signum *D. 6.* liberum fuerit à signo octavæ *Domus*, post aggregationem infirmitatis evasionem promittit. Si fuerit in 7. *Domo* iter longum magis quam in *6.* aut 5ta, scilicet de civitate ad aliam civitatem significat, aut ad uxorem, aut jungetur mulieribus ad incestum perpetrandum, vel cum aliquo adversario, & erit malè impeditus, maximè si figura fuerit infortunata, aut incurret timorem aliquem; evadet equidem si quæstio fotunata fuerit. Si fuerit in 8va *Domo*, iter erit longius quàm in septima; quod si fuerit signum Acquisitionis, aut in conjunctione bonorum, ibi valore lucrabitur sed cum magno timore, & erit impeditus ab aliquo inimico vel aliqua muliere; Si verò signa cum quibus jungitur fuerint infortunata, ut & signa quæstionis, mortem ibi incurret. Si autem in *nona* Domo fuerint, iter erit longum ad Ecclesiarum Prælatos aut ad loca Oratoria ut sunt peregrinationes,

vel hujusmodi; vel ad loca ſcientiarum, ar-
tium & ſimilia; Quod ſi benevola fuerint
ut auxilientur, proſperum erit & utile; ſi cor-
rupta aut malevola, malum & inutile. Si cor-

o o
ruptio ex ſignis ut o aderunt in itinere
o o
o o

inſidiatores, & viator ferro percutietur & vul-
nera ſuſtinebit; Si corruptio fuerit à o o
vel o infirmabitur ægritudinibꝰ ma- o o
o o ximis & impedimento impe- o o
o o dietur; ſi verò corruptio fue- o
o rit ex parte aliorum ſignorum cor-
ruptorum, non tantum impedietur; & è
contra judicabis ſi ſigna benevola fuerint.
Si autem in 10. Domo, iter erit longius quam
in nona ad Regem, Principem vel nobilem
alquem, aut ad loca aliqua dignitate ful-
gentia, vel ad civitates quæ eminent ſuper
montes; Et jungitur alicui fratri vel amico
vel conſanguineo à parentibus ſuis: Si ſi-
gna ſalva fuerint ab infortunatis, ſalutem ju-
dicare non dubitabis, ſi verò contra, con-
trarium judica, ſecundum naturam domo-
rum & genus ſignorum; jam enim in hac
domo & aliis declaravimus ſatis, quid unum
quodque ſignum ſecundum genus ſuum &
unaquæq; domus ſecundum modum ſuum
ſignificet. Si in *undecima* fuerit, iter erit
longius *decimâ* Domo, ad amicum vel fami-
liares Regum, Principum vel Nobilium,
jun-

jungiturq; ibi servo, alicui mulieri, amasiæ suæ, vel erit iter ad serviendum sublimi viro, ut diximus, vel lucrabitur de pecunia sua vel aliquorum magnatum, & hoc tamen tùm, si signum 1. Domus fuerit Acquisitionis; quod si Amissionis fuerit, contrarium judicabis; nam incurrit ibi infirmitatem aliquam, evadet equidem, si quæstio fuerit fortunata, ut superius est denotatum. Si denique in *duodecima* Domo fuerit, iter longissimum, peiculosum, debile & odiosum, infortunatumque erit, ad locum etiam inimicorum & adversariorum suorum, vel ad locum timoris, ungiturque ibi mulieribus. Quod si benevola fuerint, evadet & lucrabitur aliquid, cum maximo tamen periculo. Si verò maevola ut *Rubeus*, percutietur & vulnerabi-

o o   o
ur. Si o o aut o o capietur & carce-
o o   o o rabitur, & tamen
o   o (si quæstio fortu-

nata fuerit) evadet ab isto periculo; si verò nfortunata & perversa fuerit, & in 8. Domo ignum primæ Domus, mortis periculum non evadet. Si autem signum primæ Domus nequaquam iter significat: considera sic iter vel mutationem; si prima fuerit in ecundo Cardine, id est in *quarta* Domo, tèr vel mutatio erit propè vel intus civitatem, & si acciderit ille motus in *tertia* Domo similiter erit propè vel intus civitatem, & erit ad consanguineos & alios, ut dictum

 est

eſt ſuperius, de ſingulis quibusdam figuris & domibus; ſi autem prima non ſignificat motum nec fuerit in ſecundo cardine, ſecunda aut aliis *Domibus* aut figuris mobilibus conjuncta; iter vel mutatio non perficietur. Quantò autem Significator itineris vel mutationis à prima Domo remotior fuerit, tantò magis iter vel mutatio à loco erit, ſecundum quod ſuperius eſt expreſſum.

Utrum iter ſit per mare an per terras?

Si interrogatus fueris, Domum itineris conſidera, & ſignum quod in ea fuerit, & ea cum quibus jungitur, quæ ſi aquatica fuerint, iter per mare demonſtrant, ſi verò ignea per terram oſtendunt. Et ut certiorem inde habeas notitiam, ſignum tertiæ & nonæ *Domus* conſidera & ejus conjunctionem & naturam ſuarum conjunctarum; Si enim plura ſunt aquatica, iter per mare ſignificant; ſi verò natura ſignorum plus abundaverit terreorum, ſuper terram. Et ſi iter per mare fuerit, cavenda eſt conjunctio ſignorum igneorum, quoniam corrumpunt & impediunt illud; Nam ſi fuerit ibi

o o
o
o o
o o

inſidiatores marini in itinere aderunt vel frangetur navis. Si verò ipſa

pſa conjunctio fuerit cum ſignis aëreis, ;entorum aſperitatem corrumpentem ju-

o o
dicabis. Si o o ſubmerſionem navis
o o
o

o
ignificat. Si autem o o impedimen-
o o
o

:um vel tarditatem reditus denunciat.

Utrum ſit fortunatum iter vel loci mutatio?

Si quis quæſierit; ſignum Primæ Domus attende, quod ſi in aliqua parte quæſtionis fuerit repertum, ſignificat mutationem; quod ſi fuerit in conjunctione bonorum, benè locatum & receptum, & omnes quæſtionis cardines fortunati, erit iter vel mutatio fortunata & proſpera, ſtatusq; ejus melior erit in loco ad quem vadit; ſi ſigna cum quibus jungitur meliora ſunt illis à quibus ſeparatur; ſi autem ſigna quibus prima jungitur pejora & infeliciora his à quibus prima ſe ſeparaverit, iter vel loci mutatio ad hunc locum nequaquam eſt laudanda. Et ſi ſigna ſeptimæ & octavæ *Domus* meliora ſint primo & ſecundo ſigno, & reliqui cardines fortunati fuerint, ſimiliter fortunata erit loci mutatio, & è contra.

Identidem prima ſigna vide, an ſint fortiora ſequentibus; nam ſi ſequentes meliores ſunt figuræ, illis, in primis nempe Domibus exiſtentibus, iter vel mutatio eſt laudanda; contrarium autem judica ſi ſcilicet prima meliora ſequentibus; Nam prima ſignificant ejus corporis ſtatum in loco in quo eſt, & ſequentia ſtatum corporis & pecuniæ in loco propoſito & ad quem vadit; Septima enim locum ad quem iturus eſt & ſtatum corporis ejus ibi ſignificat; Octava autem lucrum ejus in loco ad quem vadit, ergo ſeptimæ & octavæ Domus ſigna ſignificant locum in quo debeat habitare; ſi ſignum 7. Domus fortius fuerit ſigno primæ D. ſtatus corporis ejus melior erit in loco ad quem vadit & è contra: Si ſignum *octavæ* Domus quod eſt lucri in loco propoſito, fortius & lucrabilius ſigno ſecundæ Domus lucrabitur in loco ad quem debet ire, & è contra; Et ſi ſignum *ſeptimæ* Domus debilius fuerit ſigno primæ D. & octavæ Domus ſignum melius tamen & lucrabilius ſigno *ſecundæ* Domus, locus ad quem vadit erit lucrabilior loco in quo eſt, tamen cum debilitate corporis & labore, & è contra. Item ſecundus & tertius Cardo, qui ſunt ſignificatores loci quo debeat habitare, conſiderandi ſunt. Si in eis ſigna fortunata fuerint & in conjunctione bonorum, fortunatus

o o
erit locus & bonus, & o o in his lo-
o
o cis

o
is significat loci plenitudinem, similiter o o
o o
o o
am hæc significat loca pulchra & delectabi-

o o o
a. Si o o vel o o obscurissima & de-
o o o o serta, fætida atque
o o immunda, antiqua,
quatica & vicina suibus, & infirma & rusti-
s & turpibus hominibus apta, & loca plena
ermibus, ut sunt serpentes & maximæ ra-
æ; & loca aquatica ut flumina fontaneaq; &
bi sunt arbores, viridaria & hujusmodi, in-
icant. Quod si signa calida & humida fue-
nt, loca humida, pulchra & delectabilia, ar-
ores & viridaria significant; signa verò
nea loca significant montosa, arida, pe-
osa, infirma & loca colentia vermes, ut
rpentes, scorpiones, sorices, & loca in
uibus habitant superbi homines & iracun-

o o
i & malevoli; Quod si o significat la-
o o
o o
ones, insidiatores & pessimos judices.

o
o meretrices & mulieres mendacis-
o o
o

o
nas. Si verò o o Prælatos, Ecclesiarum
o o sacerdotes, Literatos,
o o sa-

o o
ſapientes, probos homines. Si o o
loca vicina nobilibus viris aut o
Principibus benignis, judicabis, & o
militibus.

Si quis r *umor* oriatur *in civitate vel pro*
pè & cupis cognoſcere *utrum verus ſit*
Conſidera ſignum 1. 3. & nonæ Domus, &
cardines quæſtionis; Quod ſi ſigna firm
in ipſis reperta fuerint, firmum eſſe & ve
rum denunciant; Si mobilia, frivola & falſ
teſtantur; ſi mediocria, à parte vera & à part
falſa; Si mobilia & firma, verum cum falſi
tate demonſtrant; Firma cum mediocribu
verum cum mediocritate falſitatis; Si mobil
cum mediocribus, partem veritatis affirman

QUÆSTIONES
Domus Quartæ.

SI aliquis *filius* quæſierit de *ſe & patre ſu*
quis prius moriatur? Signum 1. Domu
attende, quod eſt filii petentis, & 4. D. quo
eſt patris, & quod fortius fuerit ex eis, & li
berum à ſignis infortunatis & 8. D. iſte diu
tius vivet, ſi Deus voluerit. Et ſi *Pater d*
filio quæſierit, primum ſignum quod eſt pa
tris quærentis conſidera, & ſignum 5. Do
mus, quod eſt filii, & quod illorum meliu
fuerit collocatum & ſalvum à ſigno octava
Domus, illius longior erit vita.

D

De Patrimonio ſuo vel hereditate amiſſa, *trum recuperabitur?* Si quis quæſierit; ſi-num primæ Domus conſidera, quod eſt uærentis & 4. D. quod eſt hereditatis vel atrimonii. Quæ ſi ſigna fuerint Acqui-tionis & cæteri cardines fortunati, patri-ionii vel hereditatis ſignificat acquiſitio-em; Et ſi ſignum quærentis per ſe auxili-m ſignificat, & in quarta Domo receptum ierit, idem demonſtrat; Et ſi in *tertia* ierit, & recipitur in 4. & 10. idem erit, tamen ſtudio & labore quærentis; Si *uartæ* D. figura ſignificat auxilium, & bona quærentis ſigni conjunctione fuerit, ſcili-t in 3. aut 9. à primo quærentis ſigno re-pti, idem indicat, ſed hoc ſine ſtudio & la-ore quærentis; Sed ſi ibi prohibitio fue-t, denegatur acquiſitio patrimonii. Si ſi-num quærentis prohibitionis fuerit, & 4. m eo inventum, patrimonium adipiſcetur, d quærentis culpa & voluntate amittitur, uamvis 4. ſignum fuerit fortunatum; & è ontra, ſi ſignum quærentis Acquiſitio-em ſignificet, & fuerit in conjunctione 4. inimè receptum, quamvis pro ipſi laboret, ullo tamen modo poteſt adipiſci; hoc dicas iam ſi ſignum 4. & 10. D. prohibeant: Si uærentis ſignum Amiſſionis fuerit & quar-m locum occupaverit, ſignificat acquiſi-onem, ſed culpa ſua amittet ipſam vel de-ruetur; Et conſidera ſignum 2. D. nam ſi lud inter ſignificatores translationem fece-t, & ſignum fuerit acquiſitionis, acquiret patri-

patrimonium suâ pecuniâ; Si verò signu
amissionis, amittet pecuniam pro ipsa her
ditate recuperanda.

Si *aliqua hereditas fuerit inter duos fratr* *& quis eorum ipsam obtinebit?* Si vis cogn
scere; signum 1. Domus quod quærentis
3. D. quod fratris est attende; nam qu
illorum fortius fuerit, aut majora testim
nia à fortunatis figuris in quæstione habu
rit, aut 4. Domum occupaverit, ipse obtin
bit. Et *si duo extranei* fuerint; primum sig
quærenti tribue, 7. adversario, & 4. figura
hereditati, 10. verò Judici; & si quæstion
fortitudo signo quærentis immisceatur, qua
rens ipsam obtinebit; Si verò significat
res fortitudinem quæstionis æqualiter o
tineant, & testimonia signorum etiam æqu
liter possideant, hereditatem æqualiter o
tinebunt; si signa fuerint acquisitionis; si ve
rò amissionis & 10. acquisitionis, ipsam ami
tent & eam curia occupabit.

Si civitas vel castrum obsessum fuerit, utru *subjugatur vel non?* si scire velis, signum
D. considera, quod plebi in ipsa manen
attribuitur, & quartam figuram, quæ est ci
vitatis vel castri, & 7. signum quod est adve
sariorum. Si 1. signum fortius fuerit & i
bonorum conjunctione, adversarii nullo mo
do obtinebunt; Et si 7. signum fortius fue
rit, bonum & receptum in 8. D. quia ib
fuerit forte, adversarii obtinebunt; Siqu
aliquid de 7. D. conjunctione firmum &
forte in 4. D. locatum, ibique receptum fue

rit

t, vincit aliquis adverſariorum partem: rima cum 5. 6. 8. 11. 12. adverſarii eam ſubigare gaudebunt; & ſi ſignum adverſario-

o o   o
um fuerit o aut o cum bello & ſan-
o o   o o
o o   o

uinis profuſione & devaſtatione, eam in-

o o   o
inabunt. Si o o vel o o cum virtute
o o   o o
o   o

ſubtilitate & irruptione, & de nocte ipsā

o o   o o
bjugare conantur. Et ſi o o vel o
o   o
o o   o o

m clamore, autoritate & dominatione.

o   o o   o
o o vel o vel o o cum benevo-
o o   o o   o
o o   o   o

ntia & humilitate, mediantibus prælatis Ec-

o o o o
eſiarum vel ſapientibus. Si o o o o o
m inſultu peditum & in- o o o o
rvientium: Si non for- o o o o o

ora teſtimonia habuerit ipſa civitas, ipſo ſultu rumpetur, ſed non obtinebunt:

o o   o
o aut o neſcientibus civibus civi-
o   o tas capitur caute; Si au-
o   o o tem

tem 1. signum forte fuerit & in quarta D. re ceptum, vel in septima D. vel aliquis socio rum suorum, scilicet secunda vel tertia Do mus, victoriam ex parte plebis civitatis est significat: Quod si in septima aut octava D signum acquisitionis fuerit, capient adversa rios & substantias eorum: Si in 8. & 12. D substantiarum adversariorum significat ca pturam: Et si in 8. & 12. Domo ut dictum est, sit aliqua figura significans exitum

o o o o o
ut o o o o o o o post de
o o o o o o o
o o o o o o o o

bellationem & substantiarum raptum, sicu præfatum est, adversarius proprio motu fu

o

giens evadet. Et si in prima fuerit o

o o

& ejus socius o & fuerit in prædi- o
cta conjun- o o ctione, scilicet signi 7
D. cum san- o guinis effusione adver

o o

sarios suos debellant, & si o o vel o
virtute & subtilitate ingenii o o o
& nocte eos superabunt. Et o o
si alia signa fuerint, secundum modum supr dictum judicabis.

An Castrum à Domino suo capietur rebelle 1. & socios suos da quærenti, & quartam cum sociis suis castro, & septimam cum sociis adversariis ipsius quærentis, & ad mo dum supra dictum judicabis. Si verò ci

vi

s aliquis quæsierit utrum subjiciatur ad-
rsariis. Signum primum quærenti attri-
ıe & ejus socios; quartum cum sociis ple-
civitatis; septimum & ejus socios adver-
riis; & juxta prædictam rationem de ob-
ssione judicabis.

Si quis de *ædificio castri vel Domus* quæ-
erit; primam attende pro quærente, &
ıartam pro ædificio. Si fortunata quarta
erit & in bona conjunctione & cardines
ni, bonum & fortunatum erit ædificium,
ad effectum perveniet, & si mobilia &
rrupta effectum negant.

De ædificio plantationis, utrum perveniet ad effectum & abundabit fructibus?

Si quis quæsierit; considera signum 4.
ejus socios, & si aquaticum fuerit in con-
nctione aëreorum, fertilitatem significat
ninis & plantationis effectum; Si
ıeum & in igneorum conjunctione, de-
uctionem affirmat; Si verò terrea idem;
aquatica tantum cum destructione affir-
ant; Nam si abundaverit aqua corrumpi-
r semen; Si aërea, sterilitatem maximam
irmant. Et in hoc commiscenda sunt si-
a cardinum & eorum sequentia, si signa
ıeæ & aquatica fertilitatem significant, &
nen aliquantulum corruptionem; Si
ıeæ cum terreis, sterilitatem: Et sic com-
scendo signorum complexionem, juxta
hujus

hujus rationem ſubtiliter intueri ſtudebis: Quod ſi ſigna confortantia & juvantia inveneris, ipſum ædificium veniet ad effectum.

Peracto ædificio, *Utrum inde habeat proficuum?* Si quæratur 1. & 2. ſignum aſpice, quæ ſunt quærentis & ejus lucri; Et quartum ejusque ſocios, qui ſunt ſignificatores ædificii, quæ ſi fortunata & acquiſitionem ſignificantia fuerint, inde profectum & lucrum maximum habere demonſtrant; Si autem mobilia & amiſſionis fuerint, profectum & lucrum omnino negant, & ſi mediocria mediocritatem indicant.

De Occulto.

Si locum ubi eſt invenire volueris, ſpatium loci qui ſuſpectus habetur conſidera, & in quatuor divide partes, Orientis, Occidentis, Meridiei & Septentrionis partem attende, poſt hoc ſignum quæſtionis quartum conſidera; quod ſi fuerit aëreum in parte Meridionali. Si terreum in parte Occidentali; Si aquaticum in parte Septentrionali: Juncta autem parte occultationis, ſi fuerit tam magna, quod ipſum occultum nequeat inveniri, ipſum reſiduum ſpatium in quatuor partes iterum divide ad modum declaratum; deinde formabis aliam quæſtionem, ſuper ipſum locum, & ſignum occultationis conſidera & illam occultationis partem, & ſecundum modũ ſupra dictum eam judicabis, & ita non ceſſabis donec pervenias ad

locum

ocum in quo res fuerit occulta. Et ſtu-
leas in hoc ut inquiſitores ſint ſolliciti, ut
notus firmamenti tibi veraciter reſpondeat.

Si autem de occulto ſecundo modo vis
procedere, facta quæſtione ſignum quartæ
Domus attende; Et conſidera quam par-
em loci ſupra dicti obtineat, ſecundum pri-
num modum ſupra dictum procede. Quod
i pars illa tàm magna fuerit, ut occultum in-
veniri nequeat, divide illam in quatuor alias
it dictum eſt. Deinde conſidera ſigna qui-
bus 4. jungitur, & quod proximum in com-
lexione 4. fuerit & fortius, nam hoc ſignum
bonum ſignificat ubi res ſit occulta, ſi ſi-
gnum 4. non fuerit alibi receptum; quod ſi
uerit aëreum erit res ipsâ in Orientali par-
e, ſi igneum in Meridionali, terreum in
Occid. aqueum in Septentrionali. Quod ſi
portio ipſa ſimiliter fuerit tam magna, ut
occultum inveniri nequeat, iterum divide ſi-
gnum 3. reſiduum, ſc. de ipſo 4. ſigno, cum
de illo ſucceſſit prius ei complexione; Quod
i fuerit aëreum, igneum, terreum, aqua-
ticum, diſtribuas ſecundum modum ſupra
dictum; Et ſi poſt hoc res adhuc non poterit
inveniri propter loci magnitudinem, ipſam
ultimam partem in quatuor iterum divide,
& ſuper eam aliam forma quæſtionem, &
ſecundum prædictum modum metiaris; Et
ſic toties dividas, donec ad locum occultatio-
nis pervenias. Et ſi acciderit quod in 4. re-
periantur, vel in aliis aliquibus locis, ſigna
cum quibus jungitur 1. ſignum, conſidera

quod ipſorum fortius fuerit & 4. vicinius in complexione, illud principaliter tene, nam locum demonſtrabit. Quod ſi adhuc pars tam magna fuerit, quod res non poſſit inveniri, ipſam iterum divide in 4. & alia ſigna reſidua ipſius conjunctionis quæ ſuccedunt in complexione, conſidera. Quod ſignum fortius fuerit aëreum, igneum, terreum vel aqueum, ſecundum modum facias ſupra dictum.

Complexiones enim ſunt quatuor ad modum quatuor elementorum; Aqua ſiquidem ſuccedit terræ, aër aquæ, ignis verò aëri. Quod ſi ſigna terrea primum occurrunt, ſuccedunt deinde aquatica, poſt hæc aërea, denique ignea, ab illis quidem quæ præceſſerunt incipies numerare.

Succeſſionis numerationem ita incipias; ſi ſignum 4. D. fuerit vel in 1. aut 2. erit prima ſucceſſio; ſi in quinta tamen erit prima ſucceſſio. Si in 5. & 6. erit ſecunda ſucceſſio. Et ſi in 6. tantum, erit prima ſucceſſio. Si verò 5. 6. 7. erit tertia ſucceſſio. Et ſic ſemper ſecundum ſucceſſionem domorum circa hujus ſcientiæ poſitionem ſtudebis occulti locum invenire.

Quid ſit occultum? ſi cupis ſcire, ſignum 4. & ejus conjunctionem conſidera, nam hoc eam demonſtrat abſconditam ſecundum complexionem, genus & naturam.

o o
Quod ſi o o fuerit, erit res ipſa pulchra
o
•

&

o o
& munda. Si o o idem erit. Si vero o o fue-
o o o
o o o
rit in 4. & in conjunctione bonorum, erit
o o o o
idem. Si in 4. o o fuerit cum o jun-
o o
o o o o
cta, ipsa res erit alba mixta cum colore viridi vel rubeo, & erit in ea aliqua pictura vel sculptura cum aliis sculptis; quod si metal-
o o
lum fuerit, erit argentum. Si o in 4.
o
o o o o
& o o in ejus conjunctione fuerit, erit idem.
o
o o

Si o o in 4. fuerit & in conjunctione
o alicujus istorũ erit ferrum. Idem
o o erit considerandum, si speciali-
o o ter abundet signum 4. D. & complexionem quam ejus socii habeant; similiter & de aliis signis est intelligendum, secundum modum & complexionem ac naturam in significatione rerum.

An thesaurus absconditus sit in loco vel non? si scire vis; ita consideranda est quæstio ut de rumoribus diximus in discernendo vero à falso. Si verum fuerit signum 4. D. con-

ſidera, quod ſi *Fortuna major* fuerit & in

o o
conjunctione o o aut o o ut prædictum
o o o
o o o

eſt, theſaurum in loco eſſe affirmat: Similiter ſi ſigna firma fuerint & fortunata rem affirmant; Si mobilia omnia negant; Si

o o o
mediocria ut o o conjuncta o ſigni-
o o o
o o o

ficat quod theſaurus vel aliquod occultum fuit in loco & inde ablatum. Hoc tamen dicas ſi ſignum exiens fuerit in 4. D. aut ſignum 4. fuerit firmum, ſed in conjunctione exeuntium, tunc pars abſconditi eſt ablata, & aliquid adhuc ibi manſit; aut aliquis quæſivit locum & non invenit illum. Quod ſi ſignum 1. D. in 4. fuerit vel in ejus conjunctione, ipſum qui te interrogavit jam fuiſſe in loco & quæſiviſſe demonſtrat; Quod

o o o
ſi o vel o fuerit ſignificator inter-
o o o o rogantis, ſignificat ipſum
o o o multum pro ipſo theſau-

o o o
ro laboraſſe. Si o o vel o o ſignificat
o o o o
o o

ſolicitudinem & anguſtiam mentis quærentis pro ipſo theſauro. Si verò quærentis figura in 4. non fuerit, nec in ejus conjun-

ctio-

ctione, sivè aliquis sociorum suorum, sc. signum 2. aut 9. D. significat ipsum misisse ad locum quærens consilium. Et si signum 1. cum aliquo sociorum fuerit, ipse & alius quærenti consilium dans fuerunt in loco. Et si in ipsius conjunctione signum fœmininum fuerit, indicat mulierem aliquam fuisse cum ipso in loco, aut ab ipsa consilium petiisse.

Si loci notitiam volueris habere; 4. & ejus socios attende; Quod si ignea fuerint signa loca arida & petrosa & montosa designant; si terrea, puteos, fontes & valles, locaque obscurissima, dura, laboriosa atque profun-

o o o
dissima; ast o o & o o loca immundis-
o o o o
o o

sima indicant. Si verò aërea, loca munda & pulchra erunt, & tollerabilia propè plantationes & arbores, & viridaria & nō laboriosa; Et si aquatica, erunt loca munda & pulchra & habitabilia, fœcunda omnium plantationum & herbarum, propè aquas & flumina, rivulos, fontes & cisternas, & hujusm. &c.

o
Quod si o o in 4. fuerit, ipse locus erit o-
o o rationis, ut sunt Ecclesiæ Ju-
o o dæorum, Synagogæ Saracenorum, marmorea, aut loca istis vicina, aut possessiones Prælatorum vel Clericorum; Si o o erit delectabilis locus & pulcher-
o o
o rimus ac mundus, sublimis, vici-
o

 nus

nus domui Regis vel pertinentis ad Regem.

o
Si o in 4. fuerit, erit in loco viæ, & sem-
o per transeunt per eum viatores; si
o autem in 4. non fuerit, sed ejus con-
junctione, erit locus juxta viam, vel aliqua

o
semita erit juxta locum; si o o erit in lo-
co rotundo corpore ut pilæ o o & hujus-
Signum 11. D. quærenti attribue, 7. loco ad
quem vadit. Si signa primæ D. septimæ
meliora sint, magis laudanda est statio quàm
recessio, & è contra. Si signa 7. D. primæ
meliora, magis laudanda recessio, & secun-
dum quod diximus in domo 3. studeas judi-
care.

Utrum latro sit in domo vel de domo?

Primas 4. matres habitantibus tribue;
quod si aliquod ipsorum in prima parte re-
periatur, indicat latronem aut furem esse ex
habitatoribus domus.

Quod si sit *prima* figura, Dominus do-
mus erit latro.

Si *secunda*, ille qui propinquior est Do-
mino.

Si *tertia*, ille quem Dominus diligit mul-
tum, aut de sua consanguinitate.

Si *quarta*, est aliquis de servientibus aut
agricolis.

Si *nona*, tum est aliquis notus domino, qui
sæpè loquitur cum eo.

Si *decima*, est aliquis qui operatur cum
tota familia domus.

Et si aliquod ipsorum non fuerit in prima,
furem esse extraneum ostendit. Si verò ali-
quod ex supra dictis fuerit in conjunctione

primæ, aliquis de domo consilium latroni
novit, cum ipso latrone participans, similite
si juncta fuerint in aliqua parte quæstionis.

Utrum pactum inter duos sit firmum?

Considera 1. & 7. D. signa, quæ si firm
sint, pactum affirmant firmum. Si mobili
contrarium; si bipartita in parte tenetur.

*De societate vel participatione duorum, utrum
sit laudabilis?*

Signum 1. & 7. D. attende, & 1. quærenti
7. socio tribue: Quod si benevola, & in 2
& 8. D. acquisitionis signa fuerint, laudabi
lis erit societas vel participatio ex utraq; par
te; Et si conjuncta fuerint & recepta inte
se, & 2. & 8. D. signa acquisitiva sint, simili
ter supradicta significant; Si autem malevol
fuerint, & in 2. & 8. D. signa amissionis re
periantur, contrarium, ejus quod diximus
pronunciabis.

Et si in altera parte ista benevola & acqui-
sitionis signa videas, lucrum ex parte illa a-
desse non dubitabis; & sive in parte alter

oo o
sive in parte quærentis nascatur o & o
oo o
oo o

rixas & controversias inter eos indicat; S

oo o
verò oo aut oo odium, discordiam
oo oo invidiam, cupidita-
o o tem & avaritiam,
cum labore & tarditate lucrum.

D

De Negotiis, An utilia ſint?

Signa 1. & 7. attende, & 1. D. tribue negotiatori, 7. D. verò negotiationi: Et ſi 1. ſignum in 7. fuerit receptum, negotium perficietur ſtudio quærentis; Si verò tantum in 7. D. conjunctione inveniatur, ſine dubio & labore quærentis inceptum negotium perficietur; Quod ſi in 8. D. ſit, cum timore; Si in 12. D. inimicorum periculum incurret.

Et ſi ſignificatores quæſtionis in alia quæſtionis parte juncti fuerint, perficietur negotium cum labore utrorumq; , & loco non in quo ſperatur.

An debeat exulare?

Si quis quæ ſierit; 1. D. ſignum quærenti aſſigna, quod ſi mobile ſit, & in conjunctione mobilium, motum & exilium ſignificat, ſed non longum, & citam reverſionem; Et ſi ipſum ſignum mobile à prima Domo longe fuerit, longum indicat exilium; & quantò magis ſignum quærentis removetur à ſuo loco, tantò longius exilium demonſtrat.

Si verò quærentis ſignum firmum & in conjunctione firmorum inveniatur, nec à loco ſuo proprio motum indicat, ſed exilium omnino negat. Quod ſi in aliqua alia parte quæſtionis mutatum fuerit, exilium deſignatur longum & diuturnum. Et ſi bipartitum ſit, nec à primo domicilio remotum, erit mentio exulandi, veruntamen non fiet; Si verò à primo domicilio remotum ſit, quanto magis ſe elongaverit, tantò magis exilium erit, attamen cum temporis mediocritate.

De Curſu animalium, quod eorum vincat?

Si quæratur; conſidera quis prius mentionem fecerit de curſu, & illi 1. *D.* ſigna attribue; ſi verò ipſe ex parte cognoſcere deſideras, in ſpecie equos, tum illi 1. *D.* ſignum aſſigna, qui videtur velocior eſſe, & 7. *D.* alteri: Si 1. *D.* ſigna meliora ſignis 7. *D.* cui primæ *D*omus ſigna attribuiſti, vincet alterum; Et è contra.

Quis adverſariorum plus abundet facultatibus?

Signum 1. *D.* actori attribue, & reo 7. *D.* Et ſimiliter ſignum quod tribuitur actoris ſubſtantiæ ſc. 2. *D.* & adverſarii, np. 8. *D.* conſidera, & quod ipſorum fuerit fortius, illius ſubſtantiam ſignificàt, & plus in facultatibus abundabit.

De fugitivo vel amiſſo captivo, utrum inveniatur?

Signa 1. & 7. D. conſidera, ſimulq; 1. *D.* ſignum quærenti, & 7. *D.* fugitivo tribue. Si 1. in 7. *D.* ſit, inveniet eum quærens ſtudio ſuo; ſimiliter ſi in ejus conjunctione fuerit. Si ſignum 7. *D.* in conjunctione 1. *D.* ſit, fugitivus redibit. Et ſi ſignificatores in aliqua alia quæſtionis parte juncti ſint, fugitivus reperietur, ſed non in loco ſuſpecto. Sique translatio aliqua facta fuerit inter eos, nuncios vel epiſtolas inter eos diſponit.

o
Si o o ſignificator fuerit, fugitivus ca-
o o pietur & incarcerabitur.
o

o o
Si o o infirmabitur.
o o
o o

o o o
Si o vel o vulnerabitur vel ver-
o o o o
o o o

beribus excipietur; & sic pro quolibet signo, secundum ejus proprietatem judicabis.

De pretio rei?

Si proponatur quæstio; significatores
o o
considera, idem 2. & 10. D. Quod si o o
o
o

o o o o o o o
vel o o o o o o o
o o o o o o o o
o o o o o o o
rem ipsam magni pretii demonstrant.

o o o o
Si o vel o o erit res quidem magni
o o pretii, sed non tanti.
o o o o

o o o o o o
Si o o o o o o & in con-
o o o o o o o o
o o o o o o
junctione ipsius fuerit, erit res vilis pretii,

```
       o o     o     o     o
Si     o o     o    o o    ●      vilissimi
       o o     o     o     o
        o      o    o o   o o
```

precii rem ipsam pronunciabis.

QUÆSTIONES DOMUS OCTAVÆ.

An absens vivat vel non?

Signum 1. D. absenti tribue, quod si in 8. D. fuerit, mortem indicat, & si in conjunctione ipsius 8. D. repetiantur signa mobilia, malevola, aut

```
          o o          o  o o
bilia, malevola, aut o o   vel   o o  o
          o o          o o o o
           o            o  o o
```

aut

```
       o
aut    o      similiter mortem portendunt.
      o o
       o
```

Et si signum 8. D. in conjunctione 1. D. & quæstio fortunata sit, mortis incurret periculum; sique aliquod signum inter ea translationem fecerit, similiter judicabis.

Si signum 1. D. in 6. D. vel ejus conjunctione sit, mortale signum & pessimum erit; sin autem in aliis, minimè.

Si significatores in aliqua parte quæstionis

nis inveniantur, quæstioque mala sit, similiter mortale signum erit.

Et si in 6. D. tantum fuerit, vel in ejus conjunctione, absens infirmabitur, sed evadet ut diximus; similiter si fuerit circa 8. D.

Vitium autem morbi & ejus gravitas erit secundum naturam & qualitatem signorum, quæ ibi reperiuntur.

Si verò in 12. D. fuerit, significat eum esse impeditum ab aliquo inimico, vel paupertate, vel carcere, vel magno periculo deditum.

Et si ab omnibus supradictis liber & sanus fuerit significator, salutem pronuciabis absenti.

An quis debeat infirmari?

Signum 1. D. considera. Quod si o o
o
o o
o o

o o o o
vel o o o aut o o sint in 8. vel in
o o o o o o
o o o

ejus conjunctione, interfectionem & mortem indicant; similiter si signum 8. D. in 1. D. conjunctione aut in aliqua alia parte quæstionis repertum fuerit, quæstioque sit infortunata, mortem & interfectionem quoque indicat. Et si aliquod ipsorum in 1. D. & in 2. D. aut 6. D. vel in ejus conjunctione sit, signi-

gnificat ipſum aliquibus armis vulnerari, ſed non ad mortem; Et ſi aliqua ſigna fuerint munda à ſigno 8. & ejus conjunctione, de interfectione non eſt timendum.

Quid de timore accidat?

Si vis ſcire; ſignum 1. *D.* attende; quod ſi in ejus conjunctione ſigna mala reperiantur, periculum perſonæ & ſubſtantiæ incurret; & ſi fortunata, minimè.

Quod ſi 1. *D.* ſigna infortunata ſint, & in 3. vel 4. vel 10. *D.* periculum erit ex parte amicorum, parentum, vel hereditatum aut dominorum. Si in 5. 6. vel 11. *D.* ex parte ſervorum, filiorum aut amicorum, in quibus fiducia ſua pendet.

Si in 8. 7. aut 12. *D.* ex parte uxoris, mulieris, aut alicujus adverſarii aut ſubſtantiæ mulierum vel mortis vel carceris aut aliquorum inimicorum. Quod ſi fortunata & bona ſint, ſecuritatem & utilitatem ex parte prædictarum promittunt.

An quærens incurret periculum quod timet?

Signum 1. & 8. D. attende; Quod ſi 1. in 8. aut ejus conjunctione, vel è contra 8. in 1. *D.* conjunctione reperiatur, aut hæc ſigna in aliqua alia parte quæſtionis juncta fuerint, vel malum aliquod ſignum translationem inter ea fecerit, aut quæſtio infortunata ſit, quærens timorem incurret cum periculo. Et ſi 1. *D.* ſignum cum 8. *D.* ut diximus junctum

ctum fuerit, sique fortunata sunt, quærens timorem incurret absque periculo. Similiter si signum 8. D. Cardines quæstionis occupaverit.

QUÆSTIONES DOMUS NONÆ.

De peregrino absente; An revertatur?

Signum 1. & 9. D. considera; Quod si 1. in 9. vel 10. D. receptum sit, quamvis signum retentionis vel tarditatis sit, absentis vel peregrinantis reversionem indicat, & ipsum jam in via esse demonstrat; nam si signum in prædictis sit mobile, expeditum iter cum cita reversione significat. Et si signa firma & retentionis fuerint, significant reversionem cum tarditate in itinere. Et si signum 1. in 9. D. & cum signis firmis junctum, tarditatem absentis vel peregrini ostendit.

o   o o
Quod si o o vel o o significator illius
o o   o o
o   o

fuerit, eum in loco moraturum affirmant, & aliqua infirmitate infirmabitur vel gravabitur.

Si

o o o
Si o vel o ipſius perſonæ pericu-
o o o o lum deſignant.
o o o

o o o
Si o o vel o o ſignificatores ſint,&
o o o o in prima & octava
o o & cardines quæſtio-
nis cum ſignis firmis & infortunatis conſtite-
rint, abſens nunquam redibit.

Et ſi ſigna fortunata & acquiſitiva in quæ-
ſtione reperiantur, reverſionem illius abſen-
tis cum proſperitate & lucro ad patriam ſi-
gnificat.

In qua ſcientia magis proficiet?

Si quis quæſierit; Signum 1. & 9. conſide-
o
ra; Quod ſi o o fuerit, ſcientia Theo-
o o logiæ & Legum Aſtro-
o o nomiæ.

o o
Si o profectum promittit in ſcien-
o tia Arithmeticæ, Geometriæ
o o & ſculpturæ, & maximè in ar-
gento & lapidibus; itemq; in necromantia,
ut ſunt imagines & incantationes.

o o
Si o o in ſcientia dictandi, ſcribendi,
o
o o
verſificandi & pingendi in pannis albis.

o
ſi o in ſcientia Naturali.
o o
o o

o o
ſi o o in Geomantia.
o
o

o o
i o in ſcientia artis.
o o
o

o
i o o in ſcientia inſtrumentorum aut
o cytharæ aut hnjusmodi.
o

o o o
i o o vel o in arte Muſica.
o o
o o o o

o o o
i o vel o in ſcientia Dialecticâ.
o o o o
o o o o

De Somnio.

Utrum verum ſit vel frivolum?

Signum 3. 9. & 11. conſidera. Quod ſi igna firma ſint & cardines quæſtionis ſimi-

liter, ſomnium verum & firmum demo
ſtrant; Si bipartita, ex parte erit verum;
mobilia, frivolum erit nec tenendum. Si i
ſa ſigna mobilia in 5. D. reperiantur, ex reſ
luta fumoſitate ciborum, ſomnium accidi
oſtendunt: Si in 1. D. ex ſollicitudine me
tís & interrogantis pronunciabis, vel ex ma
no labore.

An bonum vel malum ſignificet?

Signum 3. & 9. D. conſidera. Quod ſi
conjunctione bonorum fuerint, & in 11.
ſignum ſit fortunatum, cardinesq; boni ſin
bonum ſignificat. Similiter ſi 3. & 9. D. ſig
in aliis partibus quæſtionis reperiantur, ſign
cum quibus junguntur conſidera; quæ ſi bo
na & firma ſint, portendunt bonum ſomn
um; ſi verò mala, contrarium judicabis.

An quis ſit religioſus & colens Deum?

Signum 1. D. conſidera, quod ſi fortuna
tum & benevolum ſit, & in *nona* geminatum
aut in ipſius conjunctione, religioſum denu
ciat, & colentem Deum, quantum in quæ
ſtione illa. Si ſigna fortunata & benevo

o o   o o   o o   o   o
ſint, ut   o o   o   o o   o o   o
o   o o   o   o   o
o   o   o o   o   o

o o   o o
o o   o   obedientiam ſignificant. *Ru*
o o   o
o   o o   *bea*

o
ns verò & o indicant inobedientiam.
o o
o

lia quidem obedientiam, ſed non firmam.

An quis aſcendet ad gradum Eccleſiaſticum?

Signum 1. D. attende; Quod ſi fuerit in
vel 10. D. repertum, ad dignitatis gradum

o o o o o
cedere deſignat. Si o o o o o o o
o o o o o o
o o o o o o

o o o o o o o o
o o o o o o o o o vel
o o o o o o o o
o o o o o o o

o o o
o gradum honoris deſignant. Aſt o o
o o o
o o

o
o o cum duritie & tarditate temporis.
o o
o

t ſi ſignum 1. D. in domo fortunæ fuerit, aut
qua domorum, præcipuè in 6. & in 12. D.
onjunctum cum ſupradictis, ſimiliter per-
eniet ad gradum honoris.

An aliquam præbendam, vel parochiam aut aliud ſimile habebit?

Si quæratur; ſignum 1. quærenti tribue,
o. illi de quo quæritur, 7. adverſariis, 9. Ec-
leſiæ.

Quod

Quod si 1. D. signum in 10 D. aut ej conjunctione & cum eis signum 9. D. rep riatur, ipsam præbendam suo studio habebi ita tamen si receptio inter ea fuerit; Si ve prohibitio, contrarium, ex parte aliquoru accidit impedimentum; & ex illius parte pr veniet impedimentum, in cujus parte co trarium reperietur; Et si 1. signum in 9. I reperiatur, & in ea firmum & receptum fi similiter res quæsita invenietur, & melior fi miorq; erit; Si 10. signum in 1. D. sit, er firma & fortunata. Si 1. & 9. juncta & rec pta sint, significat qnod interrogans cu adjutorio aliorum, rem prædictam obtin at. Si signum amissionis in domo substanti invenitur, indicat quod quærens propt præbendam, de qua quæritur, pecuniam datururus.

An Episcopatum habebit?

Si quis quærat; Signum 1. D. quæren tribue, 7. verò plebi & electoribus; 9. Ec clesiæ; Quod si signum 1. D. in 7. D. & eju conjunctione sit, aut in 9. D. receptum, si gnificat quod plebs aut electores ipsum i Episcopum aut Pontificem eligant & reci piant. Et si in 9. D. receptum sit signum fir- mum, in electione ipsa durationem demon- strat; Et si signum 1. D. firmum sit & in 9. D receptum, quamvis signa 1. D. non concor- dant, tamen dignitatem obtinebit. Et si ac- cederit quod 2. D. sit amissionis, simoniam ostendit, sivè mutatum fuerit sivè non.

Et

Et *cui pecuniam suam dederit petens ad ntrahendam simoniam?* Si cognoscere ve-s; signum significans simoniam attende, uod si fuerit in 1. D. vel in ejus conjunctio-e dedit populo vel adversariis. Si in 10. D. el ejus conjunctione, Regi vel Potentibus. in 9. D. Prælatis. Si signa firma & ac-uisitiva in 1. D. constiterint, & cardines uæstionis firmi sint, cum tarditate & di-tione obtinebit honorem; & si hæc su-adicta non inveneris, contrarium judica-is.

QUÆSTIONES DOMUS DECIMÆ.

An Regnum vel Dominium aut honorem aliquis possit acquirere?

SIgnum 1. & 10. D. considera, quod si 1. geminatum aut in 10. D. repertum, aut ali-quod aliud signum firmum, demonstrat re-num vel dominium adepturum, & quidem olo studio quærentis, moraturumque diu n illo honore. Si autem aliqua signa fuerint nobilia, aleptionem significant, sed modico empore gaudebit obtinens: Nam temporis spatium & mora in regno suo, est secundum quæstionis flicitatem dijudicandum, prout supra tractaimus. Et si signum 10. D. in 1. D. conjunctione sit & receptum, regni signi-

 ficat

ficat adeptionem absque labore quæren
Et si in aliqua alia parte quæstionis junct
reperta fuerint, quæstioq; fortunata sit, sim
liter indicat adeptionem cum labore tam
atque sollicitudine. Si autem aliqua for
nata translatio sit inter significatores, qu
stioque fortunata, promittit regni adept
nem per nuncios interpositos: Et si cont
rium super hoc quod diximus inveneris, co
trarium judicabis.

An Rex in sua dignitate honoretur vel vilipendatur?

Signum 1. D. quærenti tribue; quod
forte fuerit & nobilius 10. D. venerabitur
diligetur in Regno, similiter si signum 1. D
in 10. D. Quod si verò in 6. 7. aut 12. re

o o

riatur, vilipendetur, similiter si o o aut o

o o o

o

significator sit quærentis, dehonestabitur.

An Rex de Regno suo deponetur?

Signum 1. & 10. D. attende; quod si al
quod istorum in 6. 12. aut 8. D. fuerit, & ca
dines mobiles, indicium est Regem esse de
ponendum, similiter si signa amissionis in
& 10. reperiantur.

An depositus ad eandem dignitatem revertatur?

Signum 1. D. considera; Si in 10. D. fue
rit, adeptionem dignitatis ostendit, propri
suo studio; Sique 10. in 1. D. conjunction

si

sit firmum & receptum, dignitatem absque suo labore iterum acquiret. Et si in aliqua alia parte quæstionis juncta & reperta fuerint, quæstioq; fortunata, studio & sollicitudine dignitatem acquiret. Quod si verò aliqua signa translationem fecerint, fuerintq; firma & fortunata, quæstioque similiter, per nuntios interpositos ad eandem dignitatem revertetur; Et si signa translationē facientia fuerint mobilia & minus recepta, quæstioq; infortunata, nunquam recuperabit dignitatem, licet laboret per nuncios. Quod si supradictorum contrarium inveneris, contrarium judicabis.

An Rex extraneus veniet subjugare Regnum in quo esse voluerit?

Signum 1. D. Populo in Regno degenti tribue, 10. D. vero Regno & 7. D. Regi adversario. Quod si signum 7. D. in 10. & 1. conjunctione fuerit, sitque in ipsa prima exaltans, adversarium ad Regnum pervenire judica, & illud subjugabit suo studio & labore, venietque in propria persona.

	o o		o	
Quod si	o	aut	o	illius significator fue-
	o o		o o	rit, cum bello & san-
	o o		o	guinis effusione illud

subjugabit.

	o o		o	
Si	o	vel	o o	cum maxima & diuturna
	o o		o o	sollicitudine, labore, o-
	o		o	dio, discordia & ingenii

subtilitate.

 Si

o o o
Si o o vel o cum fortitudine & sapien-
o o o o tia.
o o o

o o o o
Si o vel o o cum ingenio & artifi-
o o
o o o o

ciis, sicut in 7. D. supra dictum est. Idem judica, si signum 7. D. in 10. D. aut ejus conjunctione locatum & receptum fuerit. Et si signum conjunctionis 7. D. in prædictis locis inveniatur & 7. D. signum minimè mutatum fuerit, significat adversarium non in propria venire persona, sed legatos missurum. Si verò signa 7. D. in prædictis locis juncta sint, & signum 1. & 10. D. fortius fuerit in conjunctione, quamvis Regnum obtineat, modico tempore illius potestas durabit, & vi regnum inhabitantium expelletur. Et si signa 7. D. in conjunctione tantum 1. vel 10. D. fuerit, & 1. & 10. debiliora, adversarius vel legatus ejus ad regnum subjugandum veniet & minimè obtinebit.

An ad Regem vel Prælatum aliquem pervenire possit?


Si quis quæsierit; signum 1. D. quærenti tribue, 10. D. Regi vel Principi aut Prælato. Quod si 1. D. signum in 10. D. aut ejus conjunctionem venerit, ad eum perveniet suo labore & studio. Et si 10. in 1. D. conjun-

ctione

ctione receptum, ad regem absq; suo labore perveniet. Et si aliqua translatio fuerit inter ea signa, per aliquas interpositas personas cum eo loquetur; Si verò in alia parte quæstionis juncta & recepta sint, non locis propriis sibi ad invicem loquentur.

De temporis conditione & mutatione.
An tempus erit siccum aut pluviosum?

Si figuræ quæstionis sint pro majori parte igneæ vel terreæ, significant aëris siccitatem; quia tàm igneæ quàm terreæ sunt siccæ; Figuræ autem aëreæ & aquaticæ quia humidæ sunt, pluvias & humiditatem aëris portendunt, si pro majori parte inveniantur in quæstione facta de temporis conditione. Quanquam in quæstione facta de ægritudine simili modo judicandi ratio instituatur, figuræ enim siccæ, indicant ægritudines siccas. Ad præsens tamen tale de tempore ponemus exemplum: Quidam interrogavit utrum mensis Januarius futurus sit siccus an pluviosus, & talis incidit quæstio:



In hac quæstione *Populus* figura aquatica

o o

inventa est bis. o o *Albus* figura iti-

o

o o

dem aquatica & maximè pluviosa inventa est

o

sexies. Ex o o *puella* multum pluviosa

o

o

figura inventa est bis; Et figura aërea, scili-

o o

licet o inventa est semel,& figuræ sic-

o o cæ non inventæ sunt nisi 5. in

o tota

tota quæstione; Ergò concludimus dictum mensem Januarium plus futurum humidum quám siccum in triplo & amplius; quia pro una figura sicca sunt inventæ tres humidæ, & adhuc plus una; Qui autem tres figuræ siccæ sunt in fine quæstionis, dicimus in fine mensem futurum siccum.

Si nomen proprium alicujus invenire volueris.

Ex literis figurarum in quæstione compone: Nam prima figura quæ ascendit, est principium illius nominis; Quarta finis; Septima & Decima medium. Nominis autem figuræ quales habeant literas, alibi docetur, & figuræ bicorporeæ binas habent.

QUÆSTIONES DOMUS UNDECIMÆ.

De fortuna sua;

Utrum sit fœlix?

SI quis quæsierit. Considera I. & II. D. signa, quæ si fortunata sint & in conjunctione bonorum, & cardines fortunati, felicem fortunam pronunciant. Quod si signum I. D. in II. repertum fuerit, fortunam proprio

prio ſtudio aſſequitur. Sed in hoc capitulo tria diligenter ſunt notanda & conſideranda. *Primum* eſt ſigni extranei præſentia in loco, nam ſecundum naturam & complexionem illius judicabis eſſe fortunam. *Secundum* eſt præſentia primi ſigni in ipſa domo, & in cæteris; quia ſecundum mutationem illius in aliis locis & ſecundum proprietatem locorum judicium formabis. *Tertium* eſt mutatio ſigni ut in domibus; quia ſecundum locorum proprietatem & ſigni naturam judicabis.

Quod ſi ſignum extraneum in 11. D. reperiatur, idem autem non ſit in altera parte quæſtionis repertum, fortuna erit ſecundum naturam & proprietatem ipſius ſigni, & in quibus habeat ſignificare. Quod

o o
o o
o
o

vel

o
o
o o
o o

bonam fortunam & felicem oſtendunt, & auxilium illius fortunæ provenit ex parte Regum aut dominorum, ſecundum, ſignificationem ſigni illius; & ſic de aliis erit intelligendum. Et ſi ſignum 1. D. in 2. D. fuerit & in 10. D. ſe mutaverit

o o
o o,
o
o

bonam incidat fortunam, & ad melius tendere, aſcendereque gradum dignitatis, & erit ipſius auxilium ex parte Regia, & ſublimibus artificiis debet

pro-

proficere. Si verò in 3. 4. 5. & 6. D. vel in altera parte quæstionis reperiatur, secundum locorum proprietates sicut de 10. D. declaravimus judicabis. Et si signum 11. D. in aliqua parte quæstionis mutatum & receptum sit, secundum locorum proprietatem & naturam signi, sicut de 2. D. diximus, pronunciabis,

De spe rei mandatæ, seu placendi cuilibet majori, aut cujusque proficui. Signum 1. & 11. D. attende; quod si signum 1. D. fuerit firmum, benevolum & in 11. D. vel ejus conjunctione receptum, spem cum securitate & firmam significat. Si signum 1. in 11. D. tantum sit, cum quærentis studio; si verò in ejus conjunctione tantùm, cum dilatione proficuum demonstrat. Et si signum 11. D. benevolum sit & in 1. D. conjunctione receptum, spes erit consequenda cum labore, & res sperata ex improviso adveniet. Si autem hæc signa in aliqua parte quæstionis juncta & recepta sint, cardinesq; fortunati, cum dilatione & tarditate & post desperationem rem speratam acquiret. Et si hæc supradicta non inveneris, & signa malevola ac prohibentia fuerint rem speratam annihilant; Si verò bipartita, indicant quærentem tantùm partem adepturum.

An amicus eum juvare debeat?

Si quis quærat; Da 1. D. quærenti 3. & 11. D. amico; quod si 1. in 3. aut 11. D. aut earum

con-

conjunctione receptum, & harum domorum signa firma & fortunata sint, amicorum juvamen sentiet studio & labore suo. Et si 3. aut 11. D. signa in quærentis conjunctione fuerint, idem erit, etiam sine suo labore.

An quis conventurus sit cum amico?

Signum 1. 3. & 11. D. attende. Si 1. benevolum & in 11. repertum & receptum fuerit aut in ejus conjunctione; aut signum 11. D. in conjunctione 1. D. firmum fuerit & receptum, aut in aliqua parte quæstionis juncta reperiantur, & maximè in 3. D. quæ est amicorum, sibi invicem convenient cum gaudio, amore & dilectione. Quod si supradictorum contrarium inveneris, contrarium quoque judicabis.

	o o		o	
Si	o	vel	o	alicujus significator
	o o		o o	
	o o		o	

fuerit, iram & malevolentiam ex parte illius pronunciat.

	o o		o	
Si	o o	vel	o o	odium & discor-
	o o		o o	diam.
	o		o	

Et si signa mobilia fuerint, illorum conventus amicabilis erit; si verò conjunctio inter ea, nequaquam; & si aliqua signa fecerint translationem, nuncios alter ad alterum mittet.

An

An duo amici se diligant, aut illorum dilectio firma sit?

Signum 1. 3. & 11. D. attende, si firma & benevola sint, amorem & dilectionem affirmant; Si malevola & corrupta, contrarium judicabis. Quod si corruptio erit signorum in 1. D. discordia erit ex parte quærentis; Si verò in 3. vel 11. D. ex parte quæsiti eam procedere dicas.

De Regis substantia & reditu, utrum magna sit, an parva?

Signum 1. D. Regi attribue, & 2. D. ejus substantiæ. 10. D. Regno. 11. D. Tributo & reditui. Quod si signa 2. & 11. D. firma & acquisitiva sint, firma erit substantia, reditus & tributa magna. Si verò mobilia & debilia sint, supradictorum debilitatem affirmant.

Fortunam totius Diei

Si scire cupis. Ita procedes; Si 9. D. figura exierit à partibus bonis, fortuna à prima Diei hora usque in tertiam bona erit. Si X. D. à bonis procedat partibus, à 3. hora usque ad 6. bona erit fortuna. Si XI. D. figura exierit à bonis partibus, à 6. usque ad 8. horam bona erit. Si XIII. D. à bonis exierit, à 9. usque ad 10. horam bona. Si XIV. D. exierit à bonis, à 10. usque ad 11. horam. Si verò XV. D. exierit à bonis, ab 11. usque ad 12. horam bona erit. Et si XVI. figura à bonis procedat, prima hora noctis bona est.

For-

Fortunam totius hebdomadis

Si vis ſcire; IX. & X. D. attende, quæ ſi à bo-
nis procredant partibus, à prima feria usqu
ad tertiam bona erit. Si XI. & XII. à bon
exierit, à 3. feria usq; in 4. bona erit. Si XII
à bonis exierit, à 4. feria usque in 5. bona eri
Si XIV. à bonis procedat, à 5. feria usque i
6. bona erit. Si verò XV. à bonis veniat
bonum ſignificat.

Fortunam totius menſis

Si ſcire deſideras; Attende IX. D. qu
ſi procreatur à bonis, à 1. die usque in 5. bon
erit. Si X. D. à bonis exeat, à 5. usque i
8. Diem. Si XI. exeat à bonis, ab 8. usqu
in 10. Si XII. procreatur à bonis, à 10
usque in 15. Si XIII. à bonis veniat, à 15
usque in 20. Si XIV. à bonis exeat, à 20
usque ad 25. Si XV. à bonis procreatu
à 25. die usque in finem illius menſis fortun
bona erit.

Fortunam totius anni

Si ſcire vis; Reſpice IX. D. quæ figura ſ
procreatur à bonis, à 1. menſe usque in 3. bo
na erit fortuna. Si X. à bonis, à 3. usque i
6. menſem. Si XI. à bonis, à 6. usque in
8. Si XII. ab 8. usque in 9. Si XIII. à bonis
à 9. usque in 10. menſem. Si XIV. à boni
exeat à 10. menſe usque in 11. Si XV. à
bonis veniat, ab 11. usque ad 12. menſem
bo-

bonus erit annus. Et eſt ſciendum quod prædictæ domus earumque ſigna ſi exierint à bonis, bonum portendant; Si à malis, malum. Sed de bonis & malis temperatè pronunciabis. Et ſi quæſtio fiat de die, dierum; de menſe, menſium; de anno, annorum regula eſt obſervanda.

QUÆSTIONES DOMUS DUODECIMÆ.

An inimicos habeat?

SI quis quæſierit; Da 1. D. quærenti & 12. inimicis; Quod ſi 12. Signum firmum & acquiſitivum ſit, inimicos adeſſe judicabis; ſi amiſſionis verò & malevola ſigna ſint, contrarium dices. Si bipartita, communiter judicabis. Inimicorum qualitatem dignoſces ſecundum ſignorum in 12. D. & ejus conjunctione inventorum qualitatem.

An inimici noceant vel nocituri ſint?

Si quis quæſierit; Da 1. quærenti 12. inimicis; Quod ſi 1. D. ſignum fortius ſit 12. D. quærens inimicos ſuperabit, & contra eum non prævalebunt, & è contra. Similiter ſi ſignum 1. in 12. D. fuerit firmum & receptum, hos ſtudio & labore ſuperabit; quod ſi verò ſignum debile ſit & non receptum, laborem

& anguſtiam ab ipſis patietur. Si autem 12. ſignum in 1. D. conjunctione ſit, eâque fortiut, inimicus ſuperabit; Si in 2. D. ſit ejus ſubſtantiam occupabit, ſi in conjunctione debilius ſit; quod ſi in aliqua parte quæſtionis junxerint ſe 1. & 12. ſignum, fortius ſuperabit.

An quis incarcerari debeat?

Si quæratur; Da 1. quærenti, quod ſi in 12. D. reperiatur, indicat eum debere incarcerari. Si verò in 12. D. non ſit, ſed in ejus conjunctione jungatur malevolis & firmis, idem demonſtrat. Si autem 12. D. ſignum cum 1. D. junctum ſit, & cardines infortunati, idem erit.

o o   o   o o   o
Si o o aut o o aut o aut o in 1. D.
o o   o o   o o   o o
o   o   o o   o

& in conjunctione malorum ſint, idem affirmant.

o
Si verò o o quærentis & carceris ſigni-
o o
o   o o
ficator ſit; & à ſe ipſo & o o
procreatus, carceris pro- o o
lixitatem demonſtrat. o o
o o
Si verò o o ſignificator ſit, locum &
o o
o

,12. occupans & infortunata, idem significat.

Et si aliquod istorum signorum in conjunctione bonorum & malevorum sit, post periculum evasionem promittit.

An incarceratus debeat evadere?

Da 1. D. incarcerato & 12. D. carceri; Quod si 1. in 3. aut 9. D. reperiatur, & in 12. D. mobilia sint signa, evasionem ostendunt. Et si 1 & 12. mobilia, cardinesque fortunati sint, certam promittunt evasionem Si verò in locis prædictis signa firma inveneris, contrarium judicabis. Quæ si benevola quamvis sint firma, post dilationem portendunt evasionem. Si verò significator in 6. & 12. reperiatur, quamvis infortunatus sit, in carcere significat infirmitatem; & si in his locis 8. D. figura reperiatur, mortem minatur in carcere.

	o o		o		o o		o
Quod si	o o	vel	o o	aut	o	sive	o
	o o		o o		o o		o o
	o		o		o o		o

vel aliqua alia signa firma & mala, liberationem non significantia, carceris & incarcerati significatores, atq; in aliis locis reperti fuerint, de carcere in carcerem indicat mutationem; & si in plurimis locis inveniantur, plures quoq; ostendunt mutationes; Si verò significatores aliis locis se junxerint cum deterioribus, carceris deteriorationem signi-

ficant; Si verò cum melioribus, carceris meliorationem promittunt.

De carceris exitu, an sit felix? & quomodo exeat incarceratus?

Signum 1. D. quærenti tribue, hoc si fortunatum sit, & signum 2. D. firmum & acquisitionis, cum corporis prosperitate & sine læsione substantiæ liberabitur, & è contra. Et si signa 1. D. fortunata & 12. in ejus conjunctione, aut illud in 3. D. sit, prosperum demonstrat exitum & auxilium ex parte fratrum aut amicorum. Si cum 4. D. talem fecerit conjunctionem, prosper erit exitus & ab aliquo parentum auxiliabitur. Et si cum 10. D. eandem fecerit conjunctionem, erit exitus bonus, & ei auxiliabitur aliqua sublimis persona; & sic de cæteris domibus, secundum proprietatem earum judicabis & secundum naturam signorum in illis existentium.

Quod si significator prosper fuerit & (o o / o o / o / o) vel (o o / o / o o / o o) ex parte Regum vel Principum erit auxilium. Si verò (o / o o / o o / o o) vel (o o / o / o o / o), ex parte

alicu-

licujus prælati vel literati ſapientis veniet
uxilium; & ſic de cæteris ſignis in conjun-
ctione repertis, ſecundum earum propric-
atem judicabis. Quod ſi ſigna infelicia &
perverſa ſint, infelicem dicas ſucceſſum, &
upradictorum contrarium judicabis.

QUÆSTIO UNIVERSALIS.

Quod erit nati officium?

SI interrogatus fueris; ſignum 1. D. conſi-
dera & ejus conjunctionem. Si fuerit

o o
o & in conjunctione talium ſignorum,
o o
o o

o o o
rit miles. Si tamen ſit o o vel o pro-
o o o
o o o

eſſione ſua acquiret honorem. Et ſi fuerit

o o o o
n conjunctione o vel o o ſculptor erit
o o
o o o

ignorum, lapidum vel alicujus ſculpturæ,
quæ cum ferro fit, vel cujuslibet rei quæ fit
menſurando aut numerando. Si in con-

o o o
junctione o vel o o reperiatur, erit latro
o o o
o o o

 vel

vel fur,& litigiosus vel raptor. Si autem sit in conjunctione o o / o o / o o / o erit falsator, arator, agricola, perjurus, sine fide & lege, fraudulentus & mendax, & hujusmodi. Si o o / o o / o / o erit ostiarius & custos carceris. Si o / o o / o erit aptator armorum quæ ad bellum pertinent. Si o / o o / o o / o o erit judex fortis & probus & honorabilis, sapiens, pulchræ loquelæ & firmæ, ac impendiosè legis peritus. Si o o / o / o o / o erit venator cervorum & aprorum omniumque ferarum. Si o / o o / o / o erit luxuriosus & joculator, & instrumentorum aptator, ut tubæ & hujusmodi. Si o / o o / o / o o erit tabernarius vel mere-

o o
meretricum interpres. Si o nocturnum
o
o

o
rit ejus officium & lucrabitur. Si o
o
o o

erit inhabitator nemorum & locorum cam-
pestrium, nec in certo loco manebit.

De quæstionibus Universalibus vide Almansorem in suo certiloquio, verbo 92. Item Bonatum de Judiciis, tractatu 5. capite secundo.

Hæcque sunt illa quæ in antiquo manuscripto, curioso magis quam polito omnique labe carente stylo conscripta erant, Benevolo Lectori nihilominus forte etiam ex in placitura, quod venerandæ antiquitatis monumentum fideliter hic expressum videat.

FINIS.

TABULÆ GEOMANTICÆ,

Seu

LIBER SINGULARIS

De

TRIBUS ULTIMIS

Ex

Antiquo Manuſcripto

De Anno

cIɔ Iɔ XXXV.

AM SECUNDA VICE & CORRECTIOR LUCI DATUS.



FRANCOF. AD MOENUM,
Sumptibus JOHANNIS DAVIDIS ZUNNERI.


ANNO MDCCIV.


VEteres Geomantici, quo facilius de unaquâque quæstione proposita, judicium invenire potuissent, 25. Quæstiones in unum librum collegerunt, & huic nomen indiderunt de *Tribus ultimis*; Nam tantum ex 3. figuris, duobus scilicet & Judice, sumitur Judicium ex eo, hunc in modum; Imprimis quære Judicem cum testibus in summitate folii, deinde numerum quæstionis in sinistrâ parte, & tunc invenies sub Judice responsionem tuæ interrogationis.

Viginti quinque Quæstiones sunt sequentes.

1. *De Cogitationibus hominis?* D. 1.
2. *Qualis successus maneat, qui Regem adeat* D. 10.
3. *Qui Jure agit cum aliquo, qualem exitum liti sit habiturus?* D. 10. 7.
4. *Num aliquis divitias aut pecuniam assecuturu sit?* D. 2.
5. *An aliquis, quod appetit, assecuturus sit* D. 2.
6. *Num matrimonium inter amantes sit futurum.* D. 7.
7. *An mulier conceperit, & qualem partum edituri sit?* D. 5.
8. *Num ægrotans pristinam sanitatem sit recuperaturus?* D. 6.
9. *Num Civitas, quæ obsidione premitur, in hostium potestatem deventura sit?* D. 7. 8. 4.
10. *Num aliquis prolem cum conjuge sit habiturus?* D. 5.
11. *Num res furto ablata aut amissa alioquin ad verum dominum sit reditura?* D. 7.
12. *Ambulare volens, prosperumne iter habiturus sit?* D. 9. 5. 3.
13. *Num alicui in externa regione versanti, prospere suscedant omnia?* D. 5. si parens de filio. D. 4. si filius de patre. D. 8. 9. in aliis.


4. *An carcere clauſus redimi poſſit?* D. 12.
5. *Pluvia an diu perduratura ſit?* D. 10.
6. *An occulta vel defoſſa redinveniri queant?* D. 4.
7. *Si aliquis mercaturam exercere volens, quærat; num ſibi id ſit utile?* D. 7.
8. *Quomodo exercitui in bellum proficiſcenti, expeditio ſucceſſura ſit?* D. 7.
9. *De multitudine urbem obſidere volente, qualem ſucceſſum ſit habitura?* D. 7. 8. 4.
0. *De duobus exercitibus, pugnam inter ſe inire volentibus uter palmam ablaturus ſit?* D. 7. 8.
1. *An cognoſcendum, quid ſit, quod abſconditur?* D. 4.
2. *An peregrinatio ſuccedat?* D. 9. 3.
3. *Si aliquis digladiari volens interroget, qualem exitum digladiationis habiturus ſit?* D. 7.
4. *De qualibet re num cara futura ſit?* D. 4. 7.
5. *Qualis futurus ſit annus?* D. 4. 11.




1	COngregatio Exercitus & turbarum, plurimorum laborum & rerum quæ tarde fiunt.	Mulieres, lucra propter nuptias, clamores belli, res remotæ ab oculis.
2	Timet ne fuccumbat in judicio, auffertur ab eo officium nifi fit Notarius vel fcriba.	Non accede, quia non exaudietur petitio.
3	Judicabitur contra te, intercedent fcripta & concordia per folutionem pecuniæ.	Primo fuccumbet, tandem victoriam reportabit.
4	Acquiret pecuniam in labore, fortunabitur à quibusdam.	Cumulabit pecuniam ex peregrinatione & multis laboribus.
5	Negotium impedietur, & prorogabitur tua petitio.	Satius eft abftinere, nifi fit matrimonium.
6	Si contraxeris diffolvetur, fed hoc anno non contrahitur.	Mulier eft corrupta & valde libera, et eã habens, non diu tecũ morabitur.
7	Feliciter pariet mafculũ.	pariet fœmellã cũ labore.
8	Laborabit ex fpectore & fluxu capitis, & dubitabitur de eo.	Ægritudo longa, ac forte morietur, extenuabitur corpore nifi fit in fchemate 
9	Salvabitur civitas.	Diu obfidebitur, & difcedet ex cafu hoftis.

Cla-


	
Clamor, bellum , locus editus, ſecurus de malo quod timet.	Beſtiæ, peregrini, Vaſtatores, latrones, carpentarii, vectigalia, ſervi, & fœminæ honeſtæ.
Terreberis à Rege, ſed ñxis eris laudabilis.	Mulctabitur magna pecunia, niſi in quæſtione fuerit:  vel: 
Accedit tibi malum, & mediocris Juſtitia, & plures lites.	Feretur contra te ſententia, ſive cauſa ſit juſta, ſive injuſta.
Non ditaberis.	Ditaberis ex peregrinatione, & dilapidabis bona.
Satius eſt abſtinere.	Non ſuccedit tibi eo, quo petis, modo.
Satius eſt dimittere.	Infauſtum erit matrimonium, & erit vetula.
Pariet maſculum magno dolore, forte mulier morietur.	Pariet feliciter, ſi non eſt propinqua partu & pariet fœmellam.
Si in quæſtione fuerit,  morietur & ſignificat clamorem.	Si ſignum hoc fuerit in prima, nunquam liberabitur.
Expugnabitur & interficietur princeps cum multis.	Diu obſidebitur, tandem adipiſcet auxiliatores.

		
1	Loci tenebroſi, timores, negotiatio, amiſſio, ſcripta, ſculpta, verba mala.	Domus, mulieres vetulæ, naves in terram extractæ, cibaria & cupientes fortunam.
2	Privaberis officio & pecunia, cum novem annis ſervieris.	Accede ad Regem & donaberis officio.
3	Judicabitur contra te propter adverſarii falſum jusjurandum.	Vinces adverſarium magno commodo.
4	Paucam obtinebis pecuniam.	Eris dives.
5	Satius eſt deſiſtere.	Brevi expedietur negotium.
6	Fauſtum matrimonium ſed mulier habebit in facie maculam.	Matrimonium erit infauſtum, & mulier non ſecura.
7	Non eſt prægnans, nam illud ſignum ſterile.	Fœliciter pariet fœmellam.
8	Ægritudo longa, ſiccitas cerebri, tremor cordis & finis ſaluber.	Si in quæſtione fuerit:  morietur, alias prolongabitur infirmitas & convaleſcet.
9	Liberabitur per concordiam poſt bella.	Non expugnabitur, diu obſidebitur, erit infortunata.


Na-

	
Naves, rotæ, mulieres, aulæ teneborosæ, res absconditæ, & compositæ per partes.	Mendacia, rixæ, itinera & commixtio rerum, & significat animalia.
Donaberis beneficio in brevi.	Falso accusaberis, & tandem petita reportabis.
Componetur causa, quæ est propter mulierem.	Obtinebis causam.
Ditaberis per mulieres & quæsita perdes.	Acquires pecuniam, ex negotiatione.
Implebis negotium, sed servus eris.	Expedies alieno auxilio.
Ducet uxorem corruptã & post eam aliam, cum qua litigabit, sed finis erit fœlix.	Duces uxorem magnam, moribus mediocrem, erit & ipsa loquax.
Pariet fœmellam.	Pariet, sed dubitabitur de vita fœtus.
Brevi curabitur.	Si in quæstione fuerit:  prorogabitur ægritudo & morietur.
Non expugnabitur, sed componetur bellum.	Suscitabitur bellum intestinum, ex malo consilio plebis, & devastabitur.

 Con-

		
1	Congregatio hominum, nuptiarum, conſiliariorum, falſorum teſtimoniorum, arborum & florum.	Congregatio peccatorum, mulierum, furtorũ, poſſeſſionum, colorum, diverſorum ſativorum.
2	Noli accedere, niſi cogat neceſſitas	Noli accedere, niſi ſit jejunus.
3	Vincet adverſarius.	In fine ſuccumbes.
4	Ditaberis ex peregrinatione, & de magnatibus.	parvam acquires pecuniam.
5	Differetur negotium & occupabis labore.	Complebitur poſt deſperationem.
6	Felix matrimonium & uxor nobilis.	Dives & repudiabis.
7	Pariet maſculum.	Forte abortietur in principio, in fine autem pariet cum labore.
8	Convaleſcet & vivet diu.	Ægrotabis ex veſica & frigiditate inferiorum, ſi in quæſtione fuerit  morietur.
9	Obtinebit civitas.	Non obtinebit civitas.

Co-

	
Copia Ignis, navium, sanguinis extractionem.	Copia plantarum, Aquarum, librorum.
Donaberis officio.	Non impetrabis petita.
Suspendetur sententia.	Vinceris.
Ditaberis, sed majorem perdes partem.	Ditaberis ex negotio terrestri.
Feliciter expedietur.	Dimidiam ejus rei partem acquires.
Felix matrimonium.	Si in quæstione fuerint  vel  erit uxor sapiens & honesta.
Ægrotabit, et si in quæstione fuerit  pariet fœmellam  propter fluxum sanguinis.	Periclitabitur nisi in quæstiõe fuerit,  quæ si desit non est  prægnans.
Diu laborabit, sed feliciter curabitur.	Si in quæstione  fuerit, morietur.
Orietur bellum intestinum.	Vincet civitas.


Go-

		
1	Copia enſium ſtrictorum, laudum, cantorum Vivorum, & civitatum.	Copia gaudii, juvenum, & Judæorum, & mulierum, lanarum.
2	Non accedes.	Reportabis commodum.
3	Vinces magno incommodo.	Obtinebis per mulieres.
4	Ditaberis ex officiis regalibus.	Ex officiis regalibus ditaberi.
5	Satius erit dimitter.	Habebis poſt deſperationem.
6	Fortunatum matrimonium.	Infauſtum, quia eſt ſcortum.
7	Pariet maſculum verboſum.	Pariet fœmellam, quæ forte morietur.
8	Ægritudo eſt in capite & vomit, ideo ſperatur ſanitas.	Significat clamorem infirmi.
9	Expugnabitur, & cives interficientur.	Liberabitur poſt anguſtias.

Co-


		
1	Copia nobilium virorum, navigantium & vexillorum.	Copia ædificiorum & omnium hominum, radices ſub terra.
2	Eris voti compos.	Expedietur tuum negotium per oſtiarium.
3	Vinces.	Vinces.
4	Ditaberis feliciter.	Dilapidabis tua, ſed finis laudabilis erit.
5	Facile acquires.	Expedietur per Regem poſt labores.
6	Fortunatum matrimonium, Mediocres diviciæ.	Fortunatum matrimonium, ſed tardè.
7	Pariet maſculum.	Pariet fœmellam, & forte morietur prægnans.
8	Convaleſcet poſt decem dies.	Si fuerit in quæſtione morietur,  aliàs liberabitur.
9	Vincet civitas, & perſequetur hoſtes.	Vincet civitas.

Auge-



10	Augeberis liberis poſt tempora.	Augeberis filia.
11	Plures ſunt fures, nec invenietur, nec recuperabitur amiſſum, niſi in quæſtione fuerit.	Futurum non recuperabitur, & mulier habet iſtud.
12	Perficiet longum iter, & redibit ſalvus poſt longa tempora.	Mutabit peregrinationem, & ſi aggreſſus erit, prorogabitur.
13	Parat reditum ſi in quæſtione vel fuerit.	Abſens hoc anno non redibit, & erit pauper.
14	Liberabitur, ſed tarde & bono fine.	Poſt tempora liberabitur, & peregrinabitur.
15	In fine pluvia pauca, & nubes multæ.	Pauca pluvia.
16	Non reperietur.	Non reperietur.
17	Mediocre negocium, & repoſitio lucroſa.	Commodum negotium ex labore.

In bien-


		
10	In biennio non augeberis liberis, ſed poſtea.	Augeberis liberis, & erunt filiæ laborioſæ.
11	Per Regem recuperabitur furtum, & dubitatur de ejus recuperatione.	Recuperabitur furtum per manus mulieris, domino inquirente.
12	Peregrinabitur magno labore & moleſtia, & obviabit latronibus.	Proſpera erit peregrinatio, ſed tarda.
13	Abſens valebit, patietur timorem, & redibit poſt tempora.	Paretur illi cæna brevi, ſi in quæſtione  eſt in terra.
14	Liberabitur poſt torturam.	Liberabitur ſuo commodo.
15	Pauca pluvia, multi fructus.	Multæ pluviæ, & venti & pavor populi.
16	Sunt lapides & res albæ, non theſaurus.	Quod quæſitum eſt, non reperietur, nihil reperies.
17	Satius eſt dimittere.	Modicum eſt lucrum, ergo ſatius eſt dimittere.

Auge-



10	Augeberis liberis post tempora fortunatis, & erunt filii.	Habebis filios filiorum & prosperitatem cum eis.
11	Non recuperabitur.	Recuperabitur sine labore.
12	Fausta peregrinatio.	Satius est dimittere.
13	Tardè redibit, quia longius profectus est.	Non redibit, si in quæstione fuerit  : vel 
14	Detinebitur diu, si in quæstione fuerit  vel  dubitabitur de eo.	Liberabitur spoliatus.
15	Pauca pluvia, sed utilis.	Multæ pluviæ, & nubes innocuæ.
16	Certum est & fortunatum, sed quærens est negligens.	Noli quærere.
17	Modicum lucrum.	Lucrosum negotium venditori.



Ho


	
Hoc anno non habebi liberos, ſed poſtea ex multis mulieribus ſuſcitabit fœmellas.	Suſcitabit filios 2. ex mulieribus 2. Ex quo alter naſcetur cum macula magnitudinis.
Recuperabitur furtum quia ſepultum eſt per mulierem.	Recuperabitur per minas quia domeſticus eſt fur.
Fauſta peregrinatio, & cita, per naves, & equos.	Peregrinabitur per terram incommode.
Optimè valet, & mutabit locum.	Dubitatur de reditu & ſi in quæſtione eſt  bene valet.
Liberabitur brevi.	Poſt tempora liberabitur cum gaudio.
Mediocris pluvia verſus meridiem.	Pluvia pauca, multi venti, & deſtructio ſegetum.
Reperies cum lucro poſt tempora.	Reperietur cum lucro & locus meridionalis eſt.
Commodum negotium, & ſunt ſarcinæ.	Commodum negotium ſed litigioſum.



10	Augeberis liberis post tempora.	Augeberis liberis in senectute.
11	Recuperabitur post tempora.	Recuperabitur & forte capietur fur.
12	Peregrinabitur magno stipendio & impedietur.	Non peregrinabitur.
13	Redibit post tempora ditatus.	Spera ejus citum adventum, & præpara ei cœnam.
14	Liberabitur absque tortura.	Detinebitur in carcere & feret damnum divitiarum.
15	Pauca pluviarum & ventorum copia.	Copiosa pluvia.
16	Nihil est sepultum.	Nihihil est sepultum.
17	Laboriosa & utilis.	Satius est abstinere.



Au-

		
10	Augeberis liberis in senectute.	Augeberis liberis, filiabus.
11	Si aurum est recuperabitur, si planta non.	Si pannus recuperabitur, quia mulier abstulit, alias non recuperabitur.
12	Peregrinatio terrea mala, marina bona.	Satius est abstinere.
13	Redibit dives & liberalis.	Redire non cupit ob amorem loci, in quo est.
14	Mulctabitur & de vita ejus dubitatur.	Diu detinebitur, & tandem liberabitur.
15	Pauca pluvia & copia nubium rubrarum tempore matutino.	Erit pluvia fertilis in universum.
16	Certum & commodum versus Orientem.	Nihil sepultum.
17	Lucrosa ex animalibus.	Lucrosa ex pannis.




10	Augeberis liberis post tempora, & erunt inobedientes.	Augeberis filio post tempus.
11	Sunt vestes; recuperabuntur.	Recuperabitur post tempus, & est ablatum per scortum.
12	Periculosa.	Periculosa & lucrosa.
13	Non redibit.	Cupit manere, ubi est.
14	Interficietur forsan in carcere.	Non liberabitur.
15	Pauca pluvia & nocua.	Pauca in pluvia sine damno.
16	Nihil est sepultum.	Certum est versus meridiem, sed periculosum.
17	Felix negotiatio ex cambio.	Felix cum animalibus.

Auge-


		
0	Augeberis liberis, filiabus pulchris.	Unum habebis filium poſt tempus ex liberis.
1	Recuperabitur una cum fure poſt tempora.	Recuperabitur.
2	Proſpera.	Expediet cito.
3	Non redibit ad locum quem cupit.	Non redibit.
4	L.beiabitui ſine tortura.	Liberabitur poſt tempora, ſed magno impedimento.
5	Tardabit pluvia, & erit pauca & inutilis.	Multæ pluviæ & fames abundabunt.
6	Nihil ſepultum.	Eſt certum, facile inventu, in angulis verſus Occidentem.
7	Ex peregrinatione fauſta, alias inutilis.	Satius eſt dimittere.

	o o o o o o o o o o o o o o o o oooo oooo	o o o o o o o o oooo oooo
18	Si in quæſtione fuerit o o o vincet om- o o nia obvia. o o o o o o o	Major pars impedietur pars reliqua redibit.
19	Non accedet.	Non accedet.
20	Vincet Occidentalis.	Non pugnabit.
21	Eſt cœleſtini coloris.	Eſt planta medii coloris inter cœleſtinum & album.
22	Non peregrinabitur.	Peregrinabitur per integrum annum.
23	Pugnabit & non redibit.	Si pugnabit vincet, & vivet in pace.
24	Cariſtia multa, & ſi pauca adſit.	Cariſtia.
25	Bonus annus.	Bonus annus ſine peſte in principio, ſecus in fine.

Satius







18	Satius eſt manere.	Expeditio procedet & redibit re infecta.
19	Si in quæſtione fuerit o o / o / o / o o nemo illi reſiſtit.	Accedet & nocebit nemini.
20	Vincet Orientalis.	Intercedet pax.
21	Eſt ſplendidum & lucidum ſine odore.	Eſt planta levis & odorifera.
22	Peregrinabitur commode.	Non peregrinabitur.
23	Vincet.	Non pugnabit.
24	Nulla cariſtia.	Mediocre pretium.
25	Fructifer annus.	Annus mediocris.





18	Satius eſt manere.	Satius eſt tardare.
19	Non accedet.	Satius eſt remanere; non accedent, ut volebant.
20	Multa perdent, priusquam pugnent.	Orientalis vincet.
21	Eſt planta picta, ſine odore.	Eſt planta picta, inutilis, levis.
22	Non peregrinabitur hoc tempore.	Non peregrinabitur.
23	Non pugnabit.	Non pugnabit.
24	Mediocre pretium in fine cariſtia.	Mediocre pretium.
25	Annus fructiferus.	Annus mediocris.

Ferie-


		
8	Ferietur pax, ſed aderit fraus.	Vincet propter copiam equitum.
9	Accedet, & ferietur pax.	Cito accedet, & fauſte ſuccedet.
10	Intercedet pax.	Neuter vincet.
11	Planta concava, fœmi-nina non odorifera.	Eſt res crocea, fimbria-ta & inciſa.
12	Non peregrinabitur.	Si in quæſtione eſt  peregrinabitur per terram.
13	Non pugnabit hoc tem-pore.	Satius eſt non pugna-re.
14	Nulla Caritas.	Victualia cara, ſed multa.
15	Annus iniquus.	Finis melior principio.


		
18	Non pugnabit.	Mediocris ſtatus.
19	Inibit conditiones ante adventum hoſtium.	Vincetur exercitus.
20	Neuter vincet.	Occidentalis vincet.
